

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpus.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Deo Et Dei Cvltv

Chamier, Daniel

Frankfurt, 1627

Liber quartus, De Christo

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-914

LIBER QVARTVS, DE CHRISTO,

Caput I.

DE DVARVM CHRISTI NATVRARVM VNIONE HYPOSTATICA.



E DEO incarnato Seruatore, Redemptore q; nostro, deinceps acturi, fidei nostram sic profitemur, conceptis verbis in Confessionis Gallicæ articul. 14. & 15. Credimus Iesum Christum, Sapientiam & Filium aeternum Patris naturam nostram assumptissimam, ita ut una sit persona Deus & homo Homo, inquam, & corpore & anima possibilis, nobisque per omnia, excepto peccato, similis: ut pote cuius caro sit vere semen Abrab, & Davidis, quamvis arcana & incomprehensibili Spiritus sancti virtute fuerit suo tempore in utero beata illius virginis concepta. Ac proinde omnes illas heres, quibus olim turbata sunt Ecclesia, ut illi veritati contraria, detestamus: ac nominatim quidem diabolicas Seruets imaginationes. Dominum nostro Iesum Christo imaginariam Deitatem tribuentis, ut quem videlicet dicat idem & exemplar, fuisse rerum omnium, & Filium Dei personatum, sive figuratum appellat. Denique corpus ei fabricans ex tribus incrementis compagnum, ac proinde viramque naturam miscens, ut destruerit.

II. Credimus in una eademque persona, qua est Iesus Christus, vere & infiniter dubias illas naturas sic esse coniunctas, ut etiam sint unita, manente tamen unaq; illarum naturarum in sua distincta proprietate, ita ut quemadmodum in ista coniunctione, Diuina Verbi natura proprietates suas retinens, mansit increata, & infinita & omnia replens; sic etiam natura humana manserit, mansuraque sit in aeternum finita, suam illam naturalem formam, dimensionem, atque adeo proprietatem habens, cui namirum veritatem humana natura non ademerit resurrectio, & glorificatio, sive assumptio ad dexteram Patrum. Itaque sic Christum consideramus in sua Deitate, ut ipsum suahumanitatem non spoliemus.

III. Reuocant autem omnia, quæ de Deo incarnato, id est, Christo, quari possunt, ad duo capita: agi enim necesse est, vel de eius persona, vel de eius officio. In persona considerantur, primum duas naturas scilicet divina & humana, per quas unus idemque Christus dicitur vere Deus & unus Pater, & vero homo, similis nobis in omnibus, exceptio peccato. Deinde earum naturarum unio; quæ, quia constituit uniam personam, ideo personalis, sive hypostatica, sive appellata: cuius significatio hæc est, Filium Dei ab aeterno verum Deum, subsistente in propria persona distincta a Patris persona, in Virginis Mariæ vero sic aliquippe hominem (nam sic loci non reformidabant vetustissimi), id est, ut postea cauimus contra Nestorium loqui coepit Ecclesia, humanam naturam, ante id momentum assumptionis, nulquam existentem, ideoque nunquam per se subsistentem, id est, propriam personam constitutam, ita, inquam, hanc humanam naturam assumptissime, ut in cœnaculo vniuersitatem indi- cauit edere cum Nestorio, duas esse personas, et potalem alteram; alteram eteniam. Gautierus Chronographica tabula ecclœ quinto in Nestorianis. Erit forte, inquit, qui cum excusatum putet; intelligendo personam, non subsistentiam, sed officii qualitatem: Verum ea praeciditur excusatio; quanto in editione Latina citat, Personam voco subsistentiam. Addunt Caluino B. tam aduersus Brentium, scribentem duas esse in Christo hypostaticas visiones, unam, in corpore, & anima simul personaliter unitis: alteram, in spiritu & homine ad unum Christum personaliter constituendum coenitibus. Et Gautierus citat librum eius de unione hypostatica duarum in Christo naturam, capit. b. 64. & 65. Item librum de omnibus presentia carnis Christi contra Brentium.

V. Imo, tum Caluinus, tum Beza constanter propugnarunt veram de unitate hypostatica doctrinam contra Vbiq; tari s; quorum heres mixta ex Nestorio & Eutychie, tantum illud mysterium cœde pessumdat. Ci ou loco elicit. lib. 2. c. 14. §. 1. Quis Filius erat Dei. Filius homini factus est: non confusione substantia, sed unitate personæ. §. 4. Procul ab igordus est a nobis Nestorius, qui dum naturam distractare potius, quam distinguere volebat, duplum Christum ita communiscebatur: quando Scripturam videbat clara voce reclamare, ubi & Filius Dei non in inditus est, quide virginen ascitur; & Virgo ipsa mater Dominino nostri appellatur. Cauendum est ab Eutychiana in causa, ne dum volumus persone unitatem demonstrare, utramque Naturam defisiamus. In formula confessionis fidei studiosorum: Confiteor eum, qui est sapientia eterna Dei Patri & unius cum coessentia, induisse nostram carnem ita ut sit Deus & homo in una persona. Audiri a Caluino & unitatem personæ affirmat, & Nestorium & que cum Eutychie abominatum?

VI. De Beza quid dicam? Nam singulæ (vt ita dicam) eius paginae nihil aliud solum. Questionum & responsorum parte prima. Quæstio. Atqui filius est Deus immutabilis: quomodo ergo factus est homo? Responso. Non per mixtione naturarum vel proprietatum aut transmutatione villa Dei in hominem; vel hominem in Deum, quorum neutrum fieri potest: sed tam arca & do-

mesica Deitatis filij cil assumpta hominu natura connexione, ut Filius Deitatis sit unica persona, verus Deus, & verus homo, Iesus Christus. Et paulo post. Uniri ita est in sive personaliter dicuntur, quæ sic iunguntur, ut inde exjurat una & eadem ita est, seu persona, sicut anima & corpus sic uniuersitudo ad constituendam unam naturam humanam, ut in unam personam, sive in unum individuum coeant. Huius generis quoque est unio duarum naturarum in Christo non ad unum quoddam tertium, sicut perperam tensus Eutyches, sed ad unam hypostasin, sive personam constitutam coenitum, absque villa vel ipsarum naturarum vel essentialium proprietatum confusione: Unionem autem dixi naturarum non hypostationem, ne ex duabus hypostasiibus una coaluisse existimetur, quum una sit in Christo subsistens, ipsius videlicet et verbis propria, in qua etiam subsistit altera assumpta natura, videlicet humana. Nec enim persona personam; sed natura diuina, eaque in unius filii hypostasi (id est, quatenus filius, non autem quatenus Pater aut Spiritus Sanctus in ea subsistit) naturam humanam, propria, ut ita loquar, personalitate destitutam, assumptam.

VII. Ergo Caluinus: ergo Beza: ergo Catholicæ unam Christi personam agnoscent. Quid Sycophantæ potest ne vt crudeliant? Imo sine dubio illum illum ~~κρυπτούσι~~ iterabunt. Hoc cœmpe, contradicunt sibi phis. Nam hoc deuenient tandem, quum nihil habent sancti, quo t' opposant: nimur, non olim tantum Hercules furens duplexes vidit Thebas. Eutibi Christianam sinceritatem! veruntamen, ut latrent canes, homines mentis non emota locum dabunt in conscientia, quam isti nebulae, quoquomodo obtutam volunt.

VIII. Caluinus c. 13. lib. 1. Institutionis, disputabat de tribus vere distinctis Trinitatis personis: ideoq; probat variis Scripturæ locis filium esse vere Deum. Quo in sermone, quia fieri non poterat ut nullos citaret locos ex iis, qui de filio aguntuca nato, coactus est protestari in hac verba: Enim autem Mediatoris personam nondum attingo, sed differo usque in eum locum, ubi deredemptione agitur, quia tamen sine controvèrsia inter omnes constare debet Christum esse illum sermonem carne indutum, huc optime conuenient quecumque Deitatem Christi assurunt testimonia. Enim tibi calumnia etiam Possevino & Bouerio. Rursum ex quo manifestatus est in carne Christus, Filius Dei vocatur, non tantum quatenus ante secula genitus ex Pare fuit eternus Sermo, sed quia mediator suscepit personam & munus, ut Deo nos coniungeret. Enim tibi calumnia etiam Gautiero.

IX. Sed respondeo, personam mediatoris dupliciter dici, nam persona Latinis aliquando significat qualitatem, quia quis ab aliis distinguitur; ut Cicero teatio de officiis, exinde dixit amici personam, induere iudicis. Alias autem usurpat pro subsistencia, sive in dividuo per se subsistente. His positis, quidam quoque Sycophantæ rodunt in Caluino assumptam ab aeterno per sonam Mediatores. Sed vbi, queso, hoc Caluinus? Non in locis citatis nihil tale. Personam mediatoris a Caluino nondum attingilego; at non lego assumptam ab aeterno. Finxitne Possevino ut alia multa? At Caluinus in responso Ecclesiæ Genevensis contra Stancarum. Certe est aeternus iam ab initio ante lapsum Adam, & alienationem ac dissidium humani gensis a Deo, fuit Mediator. Et cur non ita Caluinus, inquam? quum legitur agnum occisum, ab initio mundi? Attendite quælo vim Sophismatis ab initio mediatoris: Mediatoris persona: Ergo ab aeterno assumptam personam mediatoris. Ergo duas personas cum Nestorio. O Sycophantæ! Cuius tandem ei pudebit vos? At qui primo, Caluinus nunquam dixit Filium Dei assumptum Mediatorem; sed egisse mediatorem in ~~βεβηλονίᾳ~~ in ~~βεβηλονίᾳ~~? At qui si assumptum mediatorum: mediator ergo alias fuit a filio; quomodo quia assumptus natura diuina humanam naturam; alias fuit & alias natura: At Caluinus, tantum abest, ut alium mediatorem docuerit esse Filium Dei, ut potius a vobis, Sycophantæ, impugnetur, quia mediatores dixit non tantum qua hominem; sed etiam qua Deum. Non tantum igitur nunquam dixit assumptum mediatores; sed ne potuit quidem dicere: sic tu meadacissimus, Possevino.

X. Deinde, quid calumniamini personam mediatoris? aut quid hæc cum Nestorio habet communem? Nam Nestorius personas cogitat hypostases tertiæ, quot naturas: unam, inquam, hypostasis Deitatis, aliam humanitatis. Scilicet Caluinus, Sycophantæ? At qui mediator non est hypothesis: ipsum illud, inquam, quod mediatores nomine primo & per se significatur, non est hypostasis. Abeone longe ut probem? An vobis ipsi patiens testibus vtar, Sycophantæ, qui faciemini per sonam Christi esse Deitatem: & negatis tamen esse mediatores secundum Deitatem? Quid ergo si ne dubio mediator, non ~~ὑπόστασις~~ est, imo nequa natura, sed est officium. Itaque tu, Gautiere, vbi animum habuisti: cum ex Gallica editione Institutionis, illud tantum citas? Suscepit personam Mediatoris quum Latine sit: Mediator suscepit personam & munus. Nam quum Gallice personam solam nominat Latine autem personam, & munus, cur tu nebulo, non vidiisti Latine per sonam & munus esse in ~~βεβηλονίᾳ~~? Tu, inquam, qui in hac eadem Sycophantia, vter's Lat na editione, quæ Personam vocat subsistentiam: quam Gallica residentiam dixit, unde tui gregales alterius calumniæ ansumunt? Adeo vos estis vitiligitatores, syllabarum aucupes, Sycophantæ, nebulae: uno verbo, leluita.

XI. Sed ille personam definit sub silentiam. Ergo, cum negauit se attingere personam Mediatoris, intellexit sub silentiam. Oacutus in Iesuiticum! O subtilitatem Gautierianam. Non enim Gautierus de Sophistarum vulgo: Peccat manifesto ~~τοπογραφία~~ τοπογραφia aetatis. Personam sub silentiam vocat in mysterio Trinitatis: at non vbi que. Quum Pater personam dicit; dicit ~~ὑπόστασις~~, & cum Filiis, & cum Spiritu Sancti. Ita est: haud aliter

Caluinus docet; quanquam latrabant contra hoc ipsum Sycophantæ canes postea. An & vbi que? minime vero. Potuit ergo dici Caluinus alia, atque alia notione personæ vocabulum usurpare, quum de Christo loqueretur. At non potuit nisi Sycophantice accusari Nestorianismi; sed Sycophantis nulla distinctio placet: nullæ explicatio admittitur: Denique nulla est legitima dæologia; Cur istuc? Cæcisunt; cæcorum duces. O vobis Sycophantæ, vel ὑπεριδεῖν, vel κακάειν.

XII. A Caluino ad Bezam venio. Is Brentij Omnipræsentiam confutat scripsit. *Qum Christum nominō, unum dico ὑφεστόν: & duas simul unitas naturas, quamvis diuersissimas: τὸ λόγον αἰδον videlicet: & totam humanam naturam, id est, vera humana anima, & vero corpore humano constarem intellico. Est igitur in unico & eodem Christo duplex unionis hypostatica exemplum: unum, in corpore & anima simul unitis: alterum, in τῷ λόγῳ & homine ad unum Christum personaliter constituendum coeuntibus.* Hæc verba vix tam cito exciderunt viro sanctissimo, quam exceperunt boniisti viri, magna tragedia occasionem. Nonne sic habentur (inquit Feuardentius) duas hypostases sicut personæ?

XIII. Bonæ verba, Franciscane: Si tamen à te bona verba possunt experitari. Sed non audis vnu ὑφεστόν? Quomodo ergo duas personas? Quomodo duas hypostases? Nimirum tam tu Græces. Latineq; doctus, vt ne rater satis intelligas, neq; personas, neq; ὑφεστόν. Et cū huiusmodi monstris nobis est subinde conflictandum: quibus, vtpote imperitissimis, nihil potest dari iniustius. Cæterum Bezam latet ipse Beza purgavit, qui in libro de Hypostatica Vnione duarū in Christo naturarum Iacobus Andreæ hoc dictum exagitant, primo respondit; non sequi necessario a se constituta duas personas: Deinde non erubuit hoc ipsum durius dictum retractare: exemplū modestiæ singularis, tū suo antagonista, tum maxime Iesuistis nunquā imitandum præbens. Non recuso. (inquit vir non certe doctus magis, quam pius) Non recuso, quod ambiguae scriptum fuit emendare. Sed tu mihi Gautierum hic vide aperte Sycophantem; qui rem sibi non compertat, tantum ex nescio quo blaerone oblatā carpit. Scripsit enim duashas hypostases a Beza assertas in hoc de vniione hypostata ca libro, repetitas in alio de Omnipræsentia: gemino mendacio: nam & hic liber illo prior fuit, & n hoc non repetitum, sed retractatum fuit id, quicquid est incommodi. O lesuitæ, quando sanii?

XIV. Quod si non satisficerat prior purgatio, quæ ipsa à Possente traxatur iniquissime; et si nullo contra prolatu argumero; sed propria duxata auctoritate; quod toti ordini solene est; quasi totidem nobis dictatores, singulæ tunicae illæ, quas ἐφαρμόνεται Sultanicas ab imperio appellatæ, nobis creant. At debuit saltem posterior retractatio importunos clamores cōfessere. Quid enim? An vos omnem pœnitentia anfan semel præciditis? An creditis nō ferent dū, vt si quid cui imprudenter elapsum est, id nunquā liceat retractare? At nunquā efficiat quo uibet Sycophā arū immodesti strepitus, ne vllus quidem Sultanicas imperia, vt Catholicos pœnitentia proficer in melius: & imitari boni illius Patris Augustini exemplū. Confecit ille Retractionum libros, nec postea quisquā obiecit illi, quos tū recitando purgavit errores. Imo, cū Hieronymus noui nibil in eius epistolis obseruasset nō satis caute dictū de vnu Iudaicorum rituum: nec tantū obseruasset: sed certe multo ὑπερηφανεῖ excepisset: nō tam indignatus quod ab homine modestæ charitatis fines excedente velli caretur: quam gauisus quod opportune moneretur. Fateor sane, inquit, in eo quod epistola continet mea, quod ideo sacramenta Iudaicorum Paulus celebranda suscepserat, quū iā Christi esset Apostolus, ut doceret non esse pernitiosa, his qui ea vellēt, sicut à parentib; per legē accepérant, custodiō minus me posuisse illo duntaxat tempore, quod primū fideli gratia reuelata est. Pausa hæc ingenua confessio hominem aliqui iratum, & ferocioris ingenij. Quid igitur de nostris censemus Papistis? Certe non tantum nihil habere cōmune cū Hieronymi virtutibus; sed etiā eius virtus si qua fuerint, longe superare. Bezam vero non ideo esse hæreticū, quilli sint Sycophantæ, iam puto vident omnes.

C A P. II.

De Communicatione idiomatum.

I. DE Communicatione idiomatum Bellarminus aliter Bezam & Martyrem perstringebat lib. 3. de Christo c. 9. Communicatio idiomatum, aiebat, non est realis respectu ipsarum naturarum; vt volunt Lutherani, neq; est pl. ne verbalis, vt vult Beza in libro contra Brentium: & Petrus Martyr in dialogo de Duabus Naturis. Sed Gretserus longe violentior; ita instat, vt nullam excusationem admittat.

II. Rēspōndebat Bellarmino Danzus: eam prædicationē, quæ vocatur *conversio idiomatum*, mere esse verbalē ratione naturæ, de qua alterius propriū attributū sicut enunciat; non autē ratione totius personæ, & suppositi Christi, cui te ipsa competat, quo iā vni eius parti recipia congruat, sed alteri naturæ tantum verbaliter, & propriæ unionis cum altera vinculum atq; summum. Respondebat & Iunius in eundem sensum: Martyr & Bezā loqui de duabus naturis Christi opposite, non autem cōposite: quū autem sit oppositio; aut naturæ haberet ratio in se, plane verbaliter esse cōmunicationem De quorum verborū sensu varie Gretserus φλυαρεῖ. & tan̄ em scopum attingit: nam omnino hic sensus est, quum attributa vnius naturæ prædicantur de altera in concreto, vt, Deus est natus de Maria, homo est immensus: prædicatura in primi propositi one afficeret naturam diuinam: in secunda humanam: sed tantum verbaliter; realiter tamen ipsam personam, quæ ita denominatur ab alterutra natura.

III. Ego vero obseruo Bellar. non potuisse pauca hæc verba de Beza & Martyre absq; calomnia concipere. Nam cur negat cōmunionem idiomatum esse plane verbalem? vt vult Beza & Martyr? aut vbi tandem legit apud Beza, apud Martyrem cōmunionē idiomatum esse plane verbalē? scio dixisse, illos nego. Nam qui communicatione idiomatum plane verbalē dicit: is negat vnu sensu eam esse realē. At Beza & Martyr non absolute verbalē esse dicunt; sed naturæ respectu: plane eodē sensu cum Bellarmino: cuius hæc diserta verba: est realis quidē, sed respectu hypostasis vnu, q; nature: non autē respectu ipsarum naturarum. Ex quib; facile quiuis conficiet, eam cōmunionem respectu naturarum esse plane verbalem: quod si dixisset de Beza &

Martyre, veritati consentiente locutus equidem fuisset: sed cum inde elicir ab ipsis viris piis cōmunionem dūtaxat verbalē constituit, respectu tam personæ, quam naturarum, falsitatis atque flagitiæ calumniaæ affinem se constituit.

IV. Non erat autem Gretsero docendum, falso de naturis in abstracto prædicari alterius proprietates, sive in concreto, sive in abstracto. Nos n. pridem sciebamus, falso dici, Deitas Christi est mortalitas, sive mortalitas & humanitas Christi, est omnipotencia, sive Omnipotens. Imo id ipsum Beza in Brentio reprehendebat, quod putaret de Diuina natura dicit ad quæ de Deo, & de humana natura eadem quæ de homine: id est, de abstractis, sive per se consideratis naturis, eadem atque de ipsa persona, quamvis ex alterius tantum nomine, puta Dei, vel hominis, appellata, prædicari posse existimauerit, quod tamen neque in Scripturis vñquam, neque in Orthodoxis scriptis inueni iqueat.

V. Sed ad rem tandem accedens proprius, probare nititur, Bezam in Christo penitus nullam realem vtriusq; naturæ idiomatum communicationem, & consequenter nullam realē idiomatum de naturis prædicationem, agnouisse, aut admisisse. Quibus tamē in verbis suo mōre agit Sophistā, & simulata necessaria distinctione: adeo vt & verū dicat, & mentitur tamē. Nam illud, nullam realē esse vtriusq; naturæ idiomatum communicationem; certo certius est, si intelligas naturarum inter se: at falsum, si naturarū cum persona. Nam quemadmodum certū manere in vniione hypostatica naturas suis proprietatibus distinctas: ita & certū, quia p eam vniōne ambae naturæ coeunt in vnam personā, singularum naturarum proprietates fieri: totius personæ: ac proinde eatus realē esse communicationem. Reliter, n. Deus ille mortuus est, & homo ille est ab æternō: nūquā quatenus & Deus & homo vnu idemq; suppositū designant, vere Deum & hominē.

VI. At illud, nullam realem idiomatum de naturis prædicationem, quam absurdē dictū? Vel n. intelligit idiomatum prædicationem de naturis suis: & tum quis vel mente conspicere possit Bezam aut Martyrem, tam fuisse sensu communi vacuos, vt negaret de natura dūna prædicari posse sua idiomata, aut de natura humana sī: a. Hoc est, negaret dīci posse Deitatem Christi æternā, humanitatem temporalem? Quod si intelligat idiomatum prædicationem de naturis non suis, hoc est, humanorū de Deitate, diuinorum de humanitate: quis ferat hominē, id in Beza, in Martyrem ferentem, quod si ipse, in cuius gratia a. anum laboris suscepit ipse, inquit, Bellarminus Διάγραμμα afferit, hoc casu communicationē nō esse realem.

VII. Itaq; hoc habeat breuiter, quo tota inducatur eius disputatio; non fuisse probandum à Beza nullam agnoscit realem communicationem, aut ē prædicationem proprietatum diuinarum de humana natura: vel contra, humana vnu de Diuina: nam hoc non tam faretur, quam profitetur Martyr & Beza: sed probandum potius, eosdem vel nullam agnoscere communicationē proprietatum realem respectu personæ, vel male sentire cum assertur non communicari realiter proprietates diuinæ humanae; aut humanas dūna natuæ. Et quācum horum neutrum præstet, sciō se esse calumniatorem merum: Martyrem vero & Bezam viros sanctos.

C A P. III.

De Christi Nativitate.

I. His elucidatis, proximum est, vt de Christi natura humana specialiter agamus. E: primo quidem, de nativitate: secundo, de anima: tertio, de persona; quarto, de resurrectione: quinto, de doceb; cor; oris. Et de nativitate quidem credunt Catholici, natum esse Christum ex Maria virgine: secundum Prophetas: quod si ipsum rufus Papistæ profiterentur.

II. Quid ei go? Nempe de seni, quo Maria dicatur virgo, item mouēt. Nam Catholicæ Virginem dicunt ex vnu communione aviro statim. Itaq; Christum natum ex virgine; quia cum reliqui omnes homines, nullo excepto, nascantur ex concubitu viri & mulieris: iste tamen, quantumvis vere homo, natus sit ex Matre nullius virti concubitum passus: nempe, vt ver sit annus quoad humanitatem; sicut est dūpius quo ad diuinitatem. At Papistæ præterea curiose timantes pudori arcana, meatus nullos solutos volunt: negantque Christi corpus ex vtero prodisse communione hominum lege: sed profus clauso vter. Atque hac occasione magnas aduersum nos tragedias excitant. Scipserunt Feuardentius Theomachus li. 4. c. 2. Cotonus Institut. li. 1. c. 3. Bella: m de Eucharistia lib. 3. c. 6. Gregor. de Valentia Comment. tom. 3. disp. 2. q. 2. punct. 1. Vasques in 3. Thom. disp. 121. Sapetus Aphorismo 11.

III. Nec nos sane ignoramus in ea sententia fuisse non paucos Pates Catholicos: id eoq; nō libenter inquirimus in hæc arcana, quæ nūquam Deus in suo Verbo reuelauit. Verumtamen, quia sic obdurant aduersarij vt nullam omnino nostri calumniantiā ansam, quamlibet tenuem, misericordiam faciant: atque adeo hanc ipsam ob causam nos vocif. ratiō negare Mariæ perpetuam virginitatem: libet ostendere nos nec ratione delitiosi, nec auctoritate: quum etiam hac in parte, censemus nobis non dissimilem fuisse primogenitū illum nostrum: qui naturæ nostræ misericordias assumere non est designatus: imo iōsuper, ne eos quidem qualiter sentiant illa necessaria causa moreri. Ethoc prius.

IV. Ergo, primum Papistis argumentum à Symbolo; in quo articulus disertus, *Natus ex Maria virgine Et Esa. 7. Ecce virgo conceperit & pariet filium*. Non solum conceperit, sed pariet.

V. Respondeo, nihil esse istis verius oraculis: adeo vt qui fidem deroger, anathema esse mereatur. Sed si virgo semper fuit Maria, non sequitur tamen clauso profus vter Christum exisse, quod aduersarii volunt. Ratio est, quia aliud est virginitas, aliud vt-rus clausus; & potest virgo esse, cuius tamen apertus sit vterus. Virginitatem Vteres de finiebant abstinentia vtero. Chrysoft. Homil. in Cœmateriū appellationem, apud Gretserum tom. 2. de Cruce: Παρθένος Εὐαγγελίον τοῦ Αρχαγγέλου. Virgo erat Eua: necdum enim virum cognoverat. Eligius hom. 2. Cum mulier non tante virginitatem amittat, quando parit: sed quando cum viro dormit. Thomas 2. 2. q. 152. art. 1. definit, *Integritatem corporis aliis membris per accidentem se habet ad virginitatem, in quantū seil. per hoc, q; ex preposito voluntatis abstinet quis ad letatione vñvere, remanet integritas in membro corporeo. Vnde si contingat, quod per alium modum aliquo eajus membris integritas corruptatur, non magis*

LIBER QVARTVS CAP. III.

5

prædicat virginitati; quæ si corripiatur manus aut pes. Neq; aliter Hieron. intelligere potuit, cū negavit virginem à Deo instaurari post lapsus posse: Epist. ad Eustoch. Enim uero, si in partiū integritate virginitas sit constituta, quis neget posse amissā restituī? Aut qd est in iis partib. difficilius. q̄ in auricula famul. Pontificis: q̄ in paralyti. & nē: q̄ in pedib. illius & al. Acl. 1.

VII Itaq; Veteribus hic articulus inde expotitus. Tertullianus de carne

Christi c. 23. *Virgo, quantu à viro: non virgo quantu à partu.* Origen. 2. cōtra Celsum. ἡ θεος αὐτη κριται της πνευματικης πνευματικης λι, την δη μετανοη, απολελυθησαν ουνηνας. *Omnium generationum purissima fuit eius generatio: eo quod non ex concubitu, sed ex virginine natus sit.* Nyssa. in diē nativitatis Christi, ἐγένετο διτη αφεντικος της παντος ην την ανθρωπινη βιαν θεορηδον, από την οπησησης αυτης την θεοτητα τη φρεσοτικη αρρενοτητα. την ψηφιανηροτητα μην αφθονος ειδεν ιρονυμον ην αυτην την ουνηνη. Decuit n. eum, qui incorruptionis causa in humana vita introrbat, inchoare ab incorruptione subseriente sua natiuitati. Nāque nuptias non sicut experta, hanc incorruptam solent homines dicere. Leo ad Flavian. c. 4. *Nova natiuitate generatur, quia iniulata virginitas concupiscentia nesciuit.* Chrysostomus quicunq; autor est serm. I. in Symbolū, qui extat tom. postremo Chrysol. Istenatus est de Spiritu S. ex virginine Maria. *Iste Spiritus venit ad Mariam, ingressus in eam. Verbum caro facta est.* Crenit aliud virginis: *Virgo erat, & pregnans: creuit, & virginitatem non amisit.* August. de Tempore Ser. II. O. Qui conceptus est de Spiritu S. natus ex virginine Maria, ecce qua venit, quis, ad quos, per virginem Mariam in qua operatus est Spiritus S. non homo maritus, qui fecundauit casu, & seruauit intactam. Idē de Symbolo ad Catechum. c. 4. Portabat Filium mater intacta: mirabatur & ipsa in aspectu sue proli, quā amplexu sibi velar maritale. Paulus auct. ad Cor. 11. 2. *Ecce quae est sponsa Christi, sponsa regis, sponsa glorie, sponsa dei.*

plexus nō strinxerat maritalis. Paulo post, quia sic se in ea formauit, ut procedes ex eius uero, & filii ei redideret. & integritate nō corrūperet. Quia est gratia maritū huius & virginis? Quia est gratia huius fœminæ, quia virū nesciens filii portat? Pelusota, Epist. 103, l. i. asceres ut nō Christū vere aperuisse vterum, nō dico. & ut tēcū mīcū & omnia tua auctorū voci. tunc j̄t κυελον ἡμῶν Intra X̄c̄tōr x̄v̄-
erat, cibis tuā nō dicitur. dicitur δέ τὸν πρόγονον τὸν λύσιον: Omne quidē vulnū concu-
cubitus & veneratus complexus aperis: at eam qua Dominū nostrū Iesum Chri-
stum pēperit, ipse sine semine conceptus prodians aperuit. Cyillus Hierosolym.
Catechesis 12. hunc articulo explicans, rotus est in refutandis Iudeis & Eth-
nicis, quibus op̄: nor, illa claustrā nō erant in animo: ed duntaxat viti de-
fectus Similiter Ruffin. explicans Symbolū: & inter alia hæc habet verba,
Omnis partus, opinor, ex tribus constat: si adulta status sit fœmina, si virū aedat,
si nō sit illius vulna virtio sterilitatis ocellata. Ex his trib. in hoc paru quē predi-
camus, unum deficiunt, vir, & hanc partē quia qui nascēbatur, non erat terrene
homo, sed ecclēsia) per ecclēsiam Spiritum dicimus, salua Virginis incorruptionē,
completam. In Matth. hom. 5. expōens illud Iulai, εἰ μὴ παρά τὸν ιησοῦν
λατεσκέν, ἀλλὰ ψυχής τὴν εἴχετο, μόνον αὐτὴν ἔνθετο τῷ σώματι: Si non esset
Virgo ea, qua conceptura erat, sed more nuptiarum fieret, quod tandem id signū
esset? Oponens nimis virginem nupta. Ideoq; Procop. Q̄d̄ δὲ επιπλέον
τούτον τριπλάσιον συνδέεται. Deus ex virginē nascetur, ab igit̄ uulno nuptiali con-
gressu. Italo Cyrillus. Sic est paradoxum ure, atq; incredibile, & signum maxi-
mum, in profundum simul & excelsum iuxta diuinam permissionē. E superavis n.
& ex Deo Patre secundum naturā genitus filius unigenitus existens seipsum, &
ex utero virginali editus est secundū carnē, non humano cōceptu & generatio-
ne, sed vi & efficientia Diuini & S. Spiritus: Ita namq; dictū est D. Virgini voce
B. Gabrieli, Spiritus S. superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.

VII. Alterū argumentū: Ezech 44. describitur porta quadā clausa, per
q̄ solus Dominus intrat: q̄ portā vterū semper clausum virginis Deipiræ
esse docent. Ambros lib de Instit. Virginis c. 7. Hieronymi in eum locū.

VIII. Respondeo: locū esse plane allegoricū: ideoq; nullātū viriū. Itaque, qui Pātres de virginis interpretantur, sumunt: nō p̄bant. Et sane difficultatē afferunt circūstantiae. Nā primo, nō hæc sola porta ab Ezechiele describitur, sed hac inter alias. Si hæc virgo est, quæ sunt alia? aut cur hæc porta templi & que cū aliis? Secundo, quis ille Princeps qui dicitur assidere i portā, vt comedat panē cotā Domino? Præterea, Hieronym, eti ad extremū hanc de Maria: virginitatē interpretationem sub nomine aliquotū reci et tamē plurimus est in alio sensu, quē ab eo glossa ordinaria mutatur: nempe, vi hæc porta Scripturas significet. Quaoq; Lyriā, alio erit deducit. Deniq; eris de Maria intelligentias, tamē sufficit propria virginitas significatio; q; opponitur nuptiis. Quā disertio: non aperietur, & vir non transibit per eam. Nimiū, quia nemo hauc virginitatē violaturus esset villo concubitu. Itaq; Hieron. *Pulchre quidem portā clausam per quam solus Dominus Deus Isræl ingreditur, & dux cui portā clausa est, Mariam virginē intelligunt; quæ ante partum, & post partū virgo permanſit.* Tum exponens per partes. *Eenim tempore, quo Angelus loquebatur, i.e. ante partum, spiritus S. venit super te, & virtus altissimi obumbrabit te: quod a. nascetur ex te, sāntū vocabitur Filius Dei. Et quādō natus est, i. post parū, Virgo permanſit aeterna: Recte: Sed id quo sensu ad confundendos eos qui arbitrantur eam post nativitatem Salvatoris habuisse de Ioseph filios: ex occasione fratriū eius, qui vocantur in Euangeliō, super qua questione stūcula Romā aduersum Helvidiū illius temporis hereticū in adolescentia nō grande lib. u. scripsisse me noui. En tibi virginē aeternā: pēcēta deinceps Iosephus p̄fuit, & cōfessus. Hoc & p̄fuit & cōfessus, ipsa est*

IX Argumentum 3. à Zenone Episc Veronensi ser 6. de Natiuitate, nō posse aliquid circa se habere immundū; q̄ humani generis peccata, sordes, & maculas veneat mundatus: nec possit Mariā indigere viscerū purgationis.

X. Istav. quorsum dicitur? An q̄ aliquid immundū sit in communī partus lege? Enim uero, si immundū vocat peccato pollutū, habet confitēt̄ omnes Catholicos; nihil esse potuisse huiusmodi in Saluatoris nativitate. Sed nihil ad Rhombū. Sin a. ipsius partus infirmitates naturales ita vocat, quomodo solēt̄ a nobis immundæ appellari, h.e. oculis inuisiæ; nō video, vnde sit hic tam delicatus fastus. Non n. quicq̄ habet fœdius ipso intestino; uiscerū ambitu, quē tamen necesse est fateri toleratū ab ipso Christo. Tuma. Origen. in Luc. hom. 14. Videbat in matris utero immūditas corporū; uiscerib. eius hinc inde vallatus terrena fecis patiebatur angustias. Eutychian. Roman Epist. 1. si tamē eius sit, Dei imago inuisibilis pudor ē humani exordij non recusat̄ & per conceptionē, partū, vagitū & cunas, omnesq; nature nostrā contumelias transcurrit. Prolixius Ruffinus in Symbolū, Sed dicent fortassis quia possibile quidē fuerit Deo, ut virgo conciperet; possibiliter iam fuerit Deo ut pareret: sed indignum videri, ut tantā illa maiestas per genitales summa transiret; ergo scilicet ut in utero, sicut in alijs animalibus, emerit.

*xtio, fuit tamē ipsius puerī obscena attractationis iniuria. Non poterat Ze-
no fortius telum torqueāe. Audi nunc Ruffinum : si quis videat parvulum
in profundo cæni necari, & ipse cū sūt vir magnus & potens extremus, ut ita dix-
rim, planus, ingrediatur cænū, ut parvulum moriente liberet : pollutus ne à tu-
accusabitur hic vir, quod parvulum luti calcaverit : an ut misericors laudabitur,
quod vitā contuleris morituro? sed hac etiā de communī homine dicta sint. Red-
eamus nunc ad naturā eius qui natus est. Quantum putas natura Solis eo infe-
rior est quamū creatura sine dubio creatore. Intuere nunc Solis radios, si in cænū
alicuius voragine demittantur, nūquid inde iam aliquid pollutionis acquiruntur
aut obscenorum illustratio, Solis ducitur in iniuriam? Ignis quoque natura,
quanto est inferior his de quib. sermo est. & nulla materia vel obscena, vel ur-
pus adhibita ei quinem polluisse creditur. Cum ergo hac ita esse in rebus materialiis
bus constet : tu in illa supereminenti & incorporeā natura, qua super omnem i-
gnem, & supra omne lumen est, pollutionis aliquid putas aut obscenitatis incidere?
Tum acinde eriam illud aduerto. Nos hominem à Deo creatum de terra limo di-
dicimus : quod si obscenitas Deo reputatur opus suum requirenti, multo magis
ei reputabitur opus illud ab initio fabricanti; & superfuum est dicere cur per ob-
scena transferit, cum non possis dicere cur obscena considerit : & ideo obscena
hæ esse non natura, sed observatio docuit. Ceterū omnia qua sunt in corpore ex
uno eodemque luto formata, visibus tantis & efficiis naturalibus distinguuntur.
Sed & nuper Croquetius Catecheli 152. Erat quidem illa S. virgo, sed tamen
mulier, ex cuius humore licet puriss. dignatus est Servatorius meus quæ nasci: in il-
lo coeno sanguinū volutatus est, nutritus est, gestatus, nunc Nazareh, nunc ali-
deportat, ac tandem per virginē quidē, veri in corporis meatus, est in lucē electus.*

XI. Post hæc, locos adferunt nonnullos ex Patribus; quibus una eademq; opera responsum esto. Priuatas esse sententias: quibus nos facile possumus alias opponere: quod & paulo post fieri. Itaq; nihil esse roboris in illis: nec obstat, quominus contrarium possit à Catholicis salua fide affirmari. Addo nec multorum Patrum esse sensum: nec constantem. Certe, apud Bellar. lego duntaxat Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Nazianzen. Theodoret. Maximum, Gregor. Fulgent. Bernardum: & apud Cotonum additos, Origenem, & Lactantium, Athanasium, Gregorium Nyssenum, Chrysostomum. Ex iisdem iphs Athanasius, Hieronym. Ambrosius, Chrysostomus à nobis sunt: vt poltea docebo. Secundo Cotonus locos nonnullos vertendo peruertit. In Lactantio, Virginalem vtrum; Le ventre non froisse. In Hieronymo: ab hominum fortuito separata conspectu, Tres entiere & immaculée vierge. Item, Solus Christus clausas portas vulna virginalis aperuit, qua tamè clausa iugiter permanerat. Le seul fils de Marie à ouvert sans ouvrir la matrice à sa mere, étant né de elle sans ouverture de conception, & sans fracture de naissance. Hæc vero monstrantur imposturarum

XII. Iam nos illis Sophismatis, arq; his Patrum auctoritatibus, Scripturam opponimus & Patres. Scriptura disertissimum testimonium habes Lucæ 2. Quum impleri fuissent dies purgationis Maria secundum legem Mosis, adduxerunt eum Hierosolymam. ut sisserent eum Domino, prout scriptum est in lege Domini: Omnia masculinum adaperiens vulvam, sanguinem Dominum vocabitur. En tibi Spiritum Sanctum, non dedignantē eandem phrasin, ad significandā Salvatoris nativitatem: qua Moles generaliter quemlibet primogenitū designauerat. Atq; ita diserte habes filiū Marię nominatum in iis qui aperuerunt vulvam. Quomodo, si omnino nō apertisset;

XIIII. Itaq; in eum locum Ambrosius: Non enim virilis coitus & valua
virginalis secreta reueravit sed immaculatum seruens inuiolabili vtero Spiritu S.
infudit. Et post: Hic ergo solus aperuit sibi vulvam. Nec mirum: hic enim di-
xerat ad Prophetam, Prinquam te formarem in vtero, nouit te: & in vulva matris
sanctificauit te. Qui ergo vulvam sanctificauit ali nam, ut nascetur Pro-
pheta, hic est qui aperuit matris sua vulvam, ut immaculatus exiret. Nec a i-
niter Origenes homilia 15. in Lucam. Omne masculinum quod aperit vulvam,
sacratum quippiam sonat. Quemcumq; enim de vtero effusum maren dixerit,
non sic aperuit vulvam matris sua, ut Dominus Iesu: quia omnium mulierum
non partus infantis, sed viri coitus vulva referat. Matris vero Domini et tem-
pore vulva reservata est, quo & partus edixit. Hinc imitatur Theophylactus:
τε οὐδὲ λέγε τοι, παῦλε γρεγορίῳ μητρὸς ἀρχον τῷ Κυρίῳ εἰς Χριστὸν μέρον κυριεῖσθαι τὸ θέτον, αὐτὸς γὰρ διλογίζει τὴν μητρόν τὸ παρθένον εἴται τὸν αὐτὸν μητρόν τὸν ἀρχόντα διανοίξει τὸ μητρόν. Cum lex dicat, omne adaperiens vulvam San-
ctum Dominum in Christum solum proprium hoc cadit: is enim Virginis vulvam a-
peruit, quā reliquis matrib. vir vulvam aperiat. Pelusiota epist. 23. li. 1. negat
de quā quā hunc locū nuncupatū. ἀλλὰ τοῦτο εἰς οὐράνια & μῆτρα τὸν τύπον
τινων εγγονιῶν; Sed de uno solo qd; illo, qui in partu vulvā aperuit. Addet
Tertullianus extremo libr. de Carne Christi. Hac denique vulva est, pro-
pter quam & de aliis scriptum est: Omne masculinum adaperiens vulvam (an-
tum vocabitur Dominu. Quis vere sanctus quam Dei Filius? Quis proprius vul-
vam adaperuit, quam qui clausam parefecit? Ceterum omnibus nuptiae pare-
faciunt. Itaque magis parefacta est, quia magis erat clausa. Ireneus li. 4. c. 6. 5.
Filius hominis purus pure puram aperiens vulvam.

XIV. At Sap: tus: Si ad literam sumatur hæc apertura: tum significabit vel peculiarem aliquam primogenito: vel communem omnibus. At neutrum: ergo non ad literam Assumptum probat per partes, non peculiarem primogenito: quia s̄pē accidebat, ut post natas aliquot filias, nasceretur filius primus. Et hunc oportebat Deo consecrari, quamuis nō primogenitum absolute, ideoque non apertiem vluam. Non communem omnibus quia tunc omnes fuissent offerre.

X V. Respondeo, negari assumptum. Concedi tamen non designari a-
perturam communem omnibus: sed illam peculiarem primogenitis. Nā
quod addit de masculis natis post sc̄eminas, commentum est: nihil ha-
bens verisimilis; carens etiam testibus. At benezra in Exodi decima tertia
הַרְחָמָה שִׁמְעָה יְהוָה ו sensus est, filius qui aperit initio
vulnus. Sieut prior expulerat Iarchi. Carthasianus idem: *Quod primo
de matre sua egreditur. Toletus in hunc Lucæ locum. Omne, inquit, primo-
genitum aperiens vulnus, id est, ante quem nemo natus erat.*

XVI. Epiphanius bæteli 78. τέτοιοις ἀληθεῖαι αὐτοῖς μάρτυρες. hic ille est qui vere aperius vulnus matris. mārtis ϕόβοις εἰδούσιον ταπετζεῖσι, σὸν ἄδυτον τέτοιον πάθεις; οὐδὲν οὐδὲν παραγένεται ταπετζεῖσι, αὐτοῖς, τοι τετραγώνοις πάθεις, οὐδὲν οὐδὲν. Quicunq[ue] nō geniti sunt primogeniti, eorum nullus potuit hoc impleere, praser unū istū unigenitū, qui aperuit vulnū Virginis. Nā in hoc solo impletū est, nec invuln̄ alio. Methodius Homilia de Simeone

& Anna. *αἰτῶντες τὸν τόπον οὐκ εἰσέβαλον, ἐμφανίουν τῷ νόμῳ ζένον θεῖμα, καὶ τὸ Συντερόν τίνον, τὸ Διεργάνων μητρῶν περιθύεις, καὶ κλεῖστρα περιθύεις μὲν Διεργάνων τέλος.* Ascendit mater ad sacram templum, ostensura legi nouum miraculum, & partum que quarebatur, qui apernisset uterum virginitatis, nec clausa virginitatis dirupisset. Tum explicans: dion pecta mīra ēiō brādō. *Φίλιος πεδών Διανοιχθεὶς οὐτοῦ στόματος δέξκεται τὸν λαμπάδαν.* Quia omnis vulva ex coitu primum aperta, & semine confessa, principium pariendi accipit: *τὸν τεντόν γαστήρ, οὐδὲν τὸ στόματον, οὐδὲν τὸ περιθύεισθαι τὸν λαμπάδαν.* Quia omnis vulva ex coitu primum aperta, & semine confessa, principium pariendi accipit: *τὸν τεντόν γαστήρ, οὐδὲν τὸ στόματον, οὐδὲν τὸ περιθύεισθαι τὸν λαμπάδαν.* Huius autem uterua, neque prius aperius, neque semine confessa frumentum edidit, & supra naturam, & tamen eiusdem naturae secundum unionem induitum: idque ab illo destrimento, ut matris sit miraculum. Nempe, ut illud de non effectis claustris intelligatur de non precedente coitu: non vero de ipsa nativitate, ad quam non pertinet.

XVII. At Bellarminus has authoritates eludit, ut putat, facile. Id enim Patres solum docere Christum sua virtute, non auxilio obstetrum, vel alia humana opera, de utero egressum, sed ipsum sibi aperire ruisse adiutum.

XVIII. Ridicule: primo adiutū dixit, quasi sermo esset de immiti: endo in vulvam infante: non de educendo potius. Secundo, quid illud non faciat ope humana egressum? Aut quis de vilo unquam partu felici ita loquitus est? Quasi nesciant omnes ab obstetricibus non educi; sed tantum excipi infantes; qui ipsi vi quadam arcana naturae sibi exitum patrificant. Et hoc illud est, quod hi omnes Patres voluntia Christo obseruat. Parte ex ipsis verbis. Nun enim hanc partitionis aperturam opponunt ulli obstetricum artificio: sed congressu virili. In aliis, inquietum, non infans aperit vulvam primo in partu: sed ante partum in congressu. At hic, cum nullus praecesserit congressus, non potest etiam aperi: ta dic: vulva ante partum: sed in ipso duntaxat partu. Res est nimium aperta. Thomas videbatur acutior, parte 3. quæst. 28. art. 2. hanc partitionem non significare, reservationem communem claustrorum pudoris virginis: sed solum exitum proles de utero matris. Quanquam hoc ipsum aperire est. Illudere lectori. Primo enim haec noua est tyrannis, quæ vocabulis abutitur impotenter, ut id non significant, quod significant. Secundo, nulla tum vis esset eius, quam dixi, oppositionis: ut non viraperuerit, sed in fans. Nam siue dubio in priori membro aperire non significat solum exitum.

XIX. Sed alii supersunt disertiores loci, quibus haec strophæ non quam faciunt faciunt. Qui loci pronunciant, Christum natum ex utero materno, lege communem. Ambrosius de Incarnatione Domini, i. Sacramento, c. 6. Secundum conditionem corporis in utero fuit, natus est, lactatus est, in presepi est collocatus. Ignatius ad Trallianos. *Ἐντεροφορὴ ὡς τῇ μητρὶ, ξερῶν τοῖς δόσι, οὐ τοῖς ἀνθρώπινον, οὐ τοῖς ἀνθρώπινον τοῖς τροφοῖς.* In utero gestatus est sicut & nos. Et vere lactus pastus est, & cibo potuque communis, sicut & nos. Epiphanius haeresi 77. omnia alterens in veritate Christi perfecisse quæ de eo scripta sunt. addit & hoc: *Ἐντεροφορὴ πόσον τοῖς αὐτοῖς δεσμοῖς.* Per genitales meatus in veritate compertus. Hilarius lib. 2. & citatur a Leone Romano Epistola illa famosa ad Leонem Augustum. Dei imago inuisibilis pudorem humane exordij non recusat: & per conceptionem partum, & gestum, & cunas, omnes naturae nostra contumelias transcurrit. Et, paucis interpositis: *Quia omnia continet, & per quem cuncta sunt, humani partus lege profertur.*

XX. Difer: ius isti. Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis. *Dei Filius pro nostra salute hominum factus est Filius.* Nouem mensibus in utero, ut nascatur ex parte, fastidia sustinet, cruentus egreditur, pannus insuluitur, blanditus deuinatur. Et de hī i. i. rodigo ad Damnum, quæ Epistola est 147. *Quis maior potest esse clementia, quam ut Filius Dei hominis filius nascetur, decem mensium fastidia sustinet, et partus expectaret aduentum?* Satius vehemens Hieronymus? At Tertullianus loage vehementior. Nihil enim omittit eorum quæ accidere solent in quotidianis puerperis: cap. 4. lib. i de carne Christi, disputans contra Marcionem. *Igitur si neque ut impossibile, neque ut periculosa Deo repudias corporationem, superest ut quasi indignam reicias, & accusas.* Ab ipsa quidem ex utero odio habita naturitas, perora, age: *Iam spurcitas genitalium in utero elementorum, humoris & sanguinis & coagula; carnis ex eodem cœno alonda per nouem menses: describe uterum de die in diem in solecentem, grauem, anxiū, totum intertum (& hic quidem totum quid est?) ego non video: ita quod libens legam tortū.* libidinib. fastidijs & gula. Inuenire iam & in ipsum mulieris entensis pudore, vel pro periculo honstrandum, vel pro natura religiosum. Horres utique & infantem cum suis impedimentis profusum: utique & oblitum. Et designaberis, quod pannus dirigitur, quod vñctionibus formatur, quod blanditiis deridetur. Et paulo post: *Amauit ergo cum hominē etiam nativitatem: etiam carnem eius: nihil amari potest sine eo per quod est id quod est.* Aut aufer nativitatem, *(Sic enim lego:)* & exhibe hominem: adime carnem & praesta quem Deus redemit. Si haec sunt, homo quem Deus redemit, tu haec reverberanda illifacies, qua redemit & indigna: quæ nisi dilexisset, non redemisset? Rursus: *Noveris iam stultum credere in Deum natum, & quidem ex virginie: & quidem carneum, qui per illas naturae contumelias voluerat sit.* Cap. 23. Peperit que peperit. *Et si virgo concepit, in partu suo nupsit, non nupsit ipsa facti corporis legere.*

XXI. Bellarminus, dissimilatis penes reliquias, de Tertulliano respondet: primo, ambiguum esse quid sibi voluerit: secundo, non magni faciendam eius autoritatem, dum contradicit aliis Patribus: & cum constat eum hominem Ecclesiæ non fuisse, ut loquitur Hieronymus.

XXII. At qui, inquam, tam perspicue loquitus est Tertullianus, ut quid scelerat ne in ignorantia possit. Certe, neque Rhenanus, neque Pamelius potuerunt dissimilare. De autoritate leuiculum est contendere: maxime cum sit falsum contradicere aliis Patribus. Quibusdam concedo: sed omnibus falsum. Imo, nos ei comites addidimus nonnullius nominis. Quibus, si aliquid defetunt Papistæ, saltem patientur quæstionem inter illas reponi, in quibus curiositas maior est, quam necessitas. Nec eos statim superbe, imo tyrannice damcent, tanquam hæc ticos, qui virginem & antepartum & in partu fuisse Mariam considentes: tantum vir-

ginitatem aliter definiant, & definit ex communi vsu omnium lingua- rum, consensu etiam Patrum.

C A P . IV.

De beatitudine animæ Christi argumenta Papisticae Scripturis.

I. **D**e anima Christi quadruplices quæstio est: Vna de Beatitudine altera, de Fide: tercia de Scientia: quarta, de Peccato. Sed duas haspitemas Bellarmio libri quarti de Christo, capite primo confudit, calu- niæ causa: at nos more nostro separatur sumus in gratiam innocentie.

II. Primam inuenio d' spumatam à Melchiore Cano locor. Theologic. libri 12. c. 13. testato in vtramque partem argumenta esse adeo probabilia, ut neutra firme stabilita videantur. Sed constantius à Feuardentio Theomachia lib. 4. c. 4 & Zacharia Bouerio tom. 2. lib. 2. Examinisque 1. c. 14. Iacobo Gauriero in anatomia Caluinismi dilemmate 83. partis 1. Ethis quidem accusantibus nos seuerissime, docere, Christi animam parem omnino nobiscum misericordia conditionem, à beatitudinis felicitate ac dono longe distantem, esse sortitam.

III. Apud nos vero nusquam hactenus disputatam vidi: neque vero quicquam aut Canus aut Feuardentius potuit, aut alias recitare huc proprie pertinens: sed tam nonnulla, quæ ad sequentia cap. ta, ut, necesse omnia, fidem habuisse, & similia quædam, quibus suus locus futurus est. Res tamen ipsa loqui: ut: & nos non erubescimus credere, Filium Dei naturam affumpsisse nostram; non qualis omnino fuit ante peccatum, aut qualis est futura post resurrectionem: sed qualis nunc post peccatum, excepto vnico ipso peccato, quicum nihil habuerit inquam commune: verum infra inates ortas a peccato non recusasse: hæc nostra professio est. Itaque probare non possumus eos, qui sua fæti temeritate, audient statuere, iam tum ab initio sui eam animam personaliter unitam Deitati, perfecte fuisse in seipso Beatam, id est, actu fruentem illo statu, qui longissime distet à presenti miseria.

IV. Fuisse perfecte beatam illi probant hoc primo arguento, exla- nis 1. *Vidimus gloriam eius, quasi unigeniti à Patre: plenum gratia & verbi.* Hinc Bouerius; affirmat, inquit, Ioannes Christum mortali corpore adhuc indutum, cœlesti gloria donatum: quod beatitudinis animadu- rium in carne Christi effulgenter contemplatus fuerit in transfiguratione. Et videlicet probat ex primo primæ. *Quod fuit ab initio, quod vidimus, & manus nostra contraclauerunt de verbo vita, annunciamus vobis.* Et hanc gloriam fuisse non corporis, sed animæ, elicite poster. Epistole Petri, c. 1. *Neq; enim doctas fabulas sequit, notam facimus vobis Domini nostri Ihesu Christi virtutem, & presentiam: sed speculatoris facili illius magnitudinis. Accepimus enim à Deo Patre honorem & gloriam voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria.* Hic est Filius meus dilectus; in quo mihi complacuit, i- psum audire. Et hanc vocem nos audiimus de cœlo allatam, cum esse in ipso monte sancto. Tum non est, inquit Bouerius, existimanda egloriz magisudo, cuius Petrus speculator fuit, aliunde orta, quæ ab animæ beatitudine: teste Damasco Ser. de Transfiguratione. *Moyses quidem gloria externa aduentante glorificatur.* At Dominus Iesus haudquam auctoritatem gloria ornamentum habebat, verum insita diuina gloria claritate manans.

V. Hæc ille: à quo virginam potuisset obtineri, ne tam incepte abuteretur nostra patientia. Iuvabo, ut potero, si non eum, at certe lectores; quibus illæ ambages sunt molestæ. Quisquis gloriam habet non acribitam, sed in: roris cam; eius anima est beata, ab ipso sui initio. At Christus habuit gloriam intrinsecam. Ergo eius anima beata fuit ab ipso sui initio. Probat all. imprum ex 1. Ioannis, & à transfiguratione.

VI. Respondeo, multam esse in terminis ambiguitatem. Primum, gloriam intrinsecam dici, vel secundum personam, vel secundum naturam. Item, habere gloriam secundum actum, vel perpetuum, vel transeuntem, & vtita dicam, momentaneum. Gloria secundum personam, est gloria Deitatis personaliter viritate naturæ humanæ. At gloria secundum natu- ram, ea est, cuius capax est humana natura per se. Habere secundum natu- ram perpetuum, est, cum quod habetur, non recedit. At secundum actum transeuntem, cum id ipsum quod habetur; non est, nisi ad tempus aliquod.

VII. Dico igitur de gloria secundum personam concedi minorem. Nam quæcūd Dei est secundum naturam, id ipsum est eius naturæ, que nostra est per unionem. Sed negatur maior, quam nullis argumentis Monachus dignatus adstruere; maluit tanquam per se notam ponere. Sed etiam, non animam duntaxat, sed etiam corpus ipsum Christi gloriam, qui contendit corpus Christi. Iste ab initio beatum perfectissimum. Cur, si non sit falsissimum axioma? Nam cetero quia tam fuit corpus vestitum Deitati, quam anima. Nam profecto, si quicquid habet gloriam personaliter intrinsecam est perfecte beatum ab initio suo. Et Corpus Christi habet hanc gloriam sic personaliter intrinsecam. Ergo, Corpus Christi fuit perfecte beatum ab initio suo. Aut si hoc non fuit, ne illud quidem.

VIII. Iam vero, si ad alterum genus gloriae intrinsecam fiat transitus, nimirum cuius ipsa capax sit humana natura in se, conceditur minor de actu transeunte: Et concedimus probari per illam transfigurationem. Sed negatur maior. Nam alioquin, ut prius, consequens est, et corpus ipsum fuisse ab initio sui beatum. Non enim sola anima vta tunc est et glori- a: sed etiam corpus. Et quidem tam certe, ut non deinceps ibi, cur et gloria nisi per corpus, Mattha. 17. *Transformatus est coram eis, & splenduit factus eius ut sol, vestimenta autem eius facta sunt alba ut lux.* Itaque Malchonatus, Non igitur Christus diuinitatem suam, que corporis oculis non videtur, sed diu- niratis speciem, & corporis gloriam ostendit. Tum autem manfestum est per- fecit beatitudinem non posse consistere in actu momentaneo.

IX. Quod si argumentum intelligatur de gloria actu perpetuo, con- ceditur quidem maior: sed falsa est minor. Non enim fuisse Christum glo-

X. Neque probatur oppositum. Nam quod attinet ad Iacobum illud

X. Neque probatur oppositum. Nam quod attinet ad locum illum ex
1. Ioannis, nego hunc pertinere ad villam gloriam Christi, secundum eam
naturam, qua homo fuit. Et prius, minime omnium ad illam transfiguratio-
nem factam in monte, quia epe somniauit Bouerius. Theophylactum audi.
Πόθεν τὸν δέξαντον πειράσθων τὸν εἰς τὸν Θάβον τούτον
Ἐπέπλησσον τὸν λόγον τοῦτον τούτον μάρτυρα αὐτοῦ εἰς τὸν πανομοιότερον εἶπεν οὐκέτι τούτον τὸν δέξαντα αὐτῷ. Vbi contemplati sunt gloriam? forte quidem existimabant in
monte Thabor. Et forte ita est. verum non in monte solo, sed in omnibus qua-
dixit et fecit, viderunt eius gloriam. Tota igitur vita Chishki expressit hanc
gloriam, quam testatur Ioannes visam Apostolis: non igitur illa fuit pecu-
liariter, que in monte. Imo, multo minus beatitas animæ perfectæ aut,
que ab anima in corpus defluxerit.

XI. Quid fuit igitur? Maldonatus, Gloriam eius vocat signa diuinatio, q
multis in eo reb. apparebant. Toletus. Verior exposicio est, ut gloria sit totū illud,
quo Christus in hoc seculo suā comprobauit diuinitatē. & se Dei Filium ostendit:
quod non solum transfigurationē, sed omnia miracula & gesta mirabilia, & pre-
dicationē ipsam Christi complectitur. Pererius, Videlio annus Verbi Dei gloriā
in Christo, ex tot tantū q̄ patratris miraculis: præsertim vero in transfiguratione
eius in monte, in resurrectione & ascensione. Hæc illi; & quidem sequuti Ve-
teteres. Nam Euthymius, Gloriam verbi, virtutem diuinitatis, qua per carnem
tanquam per velū, illuxit. Quæ aut̄ erat illa? Certe nunquā ante visa, variaque
miracula: pellucida, & supernaturalis transformatio: & tempore passionis solis
prater naturam obscuratio, formidabilis vel scissio, horribilis terra motus, pe-
trarum scissiones, monumentorum aperitiones, quodque omnium caput est, mi-
rabilior quam dico, aut cogitare potest. Domini resurrectio: & post hanc, que-
cumque gloriose Apostoli deinceps confexerunt.

XIV. Athanasius contra Arianos, orat 5. Δέξασθαι τὸν αὐτὸν ἄπειρον
αὐτῷ τὴν ἀληθίαν. Non n. de gloria ipsius carnis loquuntur, sed de gloria verbi.
Basil hoym. de Fide. ταῦτα τοῖς τοῖς εἰδότες τὸν θεόν τοῖς τοῖς θεοφόροις
αὐτῷ εἰς τὸν καθόλον. Φύντονοι νοοῦσι τὸν θεόν τοῖς τοῖς πατερικοῖς. Ηὐτοῖς τοῖς αἰγαλομάσι.
Hoc est, non ex munere, aut ex gratia, αἷς εἰς μιράνδα data sunt; sed ex naturali
communicante Filio patriæ diuinitatis dignitatem obtinente.

IV. Hac cum ita sint, falso Bouerius posuit, Ioannem dicere, Christum corpore velatum cœlesti fuisse gloria induitum: seque contemplatum esse gentem. Nimis ille quidem audacter mendax est, qui contra omnium consensum tam confidenter sumat id, quo demonstrato opus fuit: Carnem nullam Ioannes dixit gloria indatam: nullum anima radium: sed gloriam dixit: vñigeniti: qua non potest aliter quam hypostatica fuisse. Atque inde interpres intellexerunt concludi, Deum esse

XVI. Quæ sine dubio Damasceni mens fuit; et si eius sermonem de Transfiguratione ego quidem nullum viderim. Undecimque autem Bouetius hauserit, nihil est, quod nos quidem initia audiamus. Nam Christum non habuisse ornatum ascititum gloriae, sed insitam claritatem, nec quisquam Christianorum dubitat, & intelligitur de essentia gloriosæ Deitatis, quæ huic humanitati non adsistebat, ut alii miracula patribus: verum inhabitabat ~~omnigenis~~: Itaque ab ea patabantur miracula non quomodo ab Apostolis, via aliena, imo vere sua. Theophylagus, ~~theophylagus~~ ~~in~~ ~~rebus~~ ~~de~~ ~~caecis~~ ~~&~~ ~~in~~ ~~caecis~~ ~~oculis~~ ~~ex~~ ~~in~~ ~~Mavonis~~ ~~in~~ ~~medio~~ ~~oculis~~ ~~de~~ ~~caecis~~ ~~o~~. Omnes ei ~~zecos~~ ~~in~~ ~~rebus~~ ~~caecis~~ ~~in~~ ~~rebus~~ ~~caecis~~ ~~oculis~~ ~~ex~~ ~~in~~ ~~Mavonis~~ ~~in~~ ~~medio~~ ~~oculis~~ ~~de~~ ~~caecis~~ ~~o~~. Contemplati autem sumus gloriam, non quallem habuit Moses, aut cum qua apparuerunt Cherubim & Seraphim illi Prophetæ: sed talem, quam decebat esse Filio unigenito, qua naturaliter inest in Patri.

XVII. Canus paulo aliter. Illam, inquit, animam talēm existimemus necesse est, qualem decebat eam esse, quæ Deo esset vel maxime coniuncta: nimirum, vnderumque perfectam: omnibusque omnino numeris absolutā. Quod qui non sentiat, hic de unione personali Dei & hominis stultissime sentiat. Iā, si anima Christi vnta Verbo nō fuisset glorificata.

cata fuisse profecto imperfecta: magna quippe humanæ menti perfectio
deest, si felicitas desit: ac videre Deum per speculum in ænigmate imper-
fecti hominis est. Contra hanc: Omnis anima Deo maxime unita, est unde
cumque perfecta. At Christi anima est maxime unita Deo: ergo est unde
cumque perfecta.

XVIII. Re pondeo, negari maiorem: si enim esset necessaria, & hanc esse oportet. Quicquid est maxime vnitum Deo, est vnde cumque perfectum. At hoc falsa est enunciatio; exemplo corporis, quod fuit Deo vnum eadem vniione cu[m] anima. Quid ergo dicatne Sophista corpus Christi fuisse vnde cumque perfectum? fuisse perfecte beatum? Quod si non dicat, quid imperitis imponere conatur? Enim vero illud, quo confirmatur maior, quod aliter sentiat de unitate personali, stulti simile sentire, simile est illis impostoribus, qui cæcos dicunt, qui non videant, quæcumque ipsi se videre dixerint: non ut probent, sed ut terreat. At Catholici dicunt electam fuisse hanc animam à Verbo, non tanquam se dignam: quid, nō dignum, quod Deus fieret? Alioquin non exinanisset seipsum. Itaque et corpus assumptum, nō quod se dignum esset, sed suæ gloriæ saceret particeps personaliter. Potuit autem hoc fieri. Et si non esset omnibus numeris perfectum. Nec alia ratio anima

XIX. Secundum argumentum ex eodem c. Deum nemo vidit unquam: *vñigenitus Filius, qui est in sinu Patris, ipse enarravit.* Hic Bouerius nota differentiam ponit inter *vñigenitū & adoptiuos*: hoc enim inter homines viventi, Deū esse visum, ita ut inde perfecta beatitudo consequeretur sed solum illū in sinu Patris esse commoratū, hoc est, Dei amplexu ac frōtione gauisum. Porro eundē enarrare, qui viderit: enarrare autem hominem quare eundem secundū humanitatē, fuisse in sinu Patris. Non fuisse autem si non fuerit secundum animam perfecte beatus. Breuius; Quicumque est in sinu Patris, est perfecte beatus. Ast anima Christi fuit in sinu Patris. Ergo anima Christi fuit perfecte beata; nēp: a suo in initio; ex statu questionis.

XX · Similis stupor p̄æcedenti. Enim vero, quid est in sinu Patris esse frui Deo, inquit Bouerius: At qui frui Deo est amari à Deo. Nonne? Erit igitur illud esse in sinu Patris, id est in amore Dei esse. Tolerū audi: *Ariani, ne à Catholicis de cōsubstantialitate conuincereptur, per sinum dilectionē exponebant: ut id sit in dilectione Patris, quod in sinu Patris esse. Et, quod magis mirandū est, non desunt nostra estate Catholicī, qui inconsiderate ita expoununt.* Viden' te, qui homosis, Boueri? Mirū, si Monachū non abduxisset à veritate calumpniandi rabies.

XXI. Sed quid illud dicitur est, esse in sinu Patris? dicant Papistæ primi Toletus. Mihi ideo in sinu esse videtur, quia saltem coniunctione & propinquitatem habet, ut Dei occultaci sint manifesta: Quæ enim occultamus, in sinu reponimus. Hæc propinquitas & vicinitas, non est alia quam identi as eiusdem nature, & substantia. Quis enim nouit quæ sunt Dei, nisi Spiritus Dei, qui ejus intra eum? Simus ergo Dei est diuinitatis arcanum, ex quo est Filius: unde sancti Patres bene contra Arianos hinc intulerunt Filij consubstantialitatem. Maldonatus, Hoc est esse in sinu Patris, esse illi coniunctissimum, esse intimum, esse in eius secreto consilio; & ut uno dicam Verbo, esse opus & modus consubstantialitatem Patri. Lucas Brugensis. Sententia Euangelista est: sed unigenitus Dei Filius ut est eiusdem cum Patre essentia & natura, ac proinde diuinam essentiam suam naturam videt, non tantum, verum et comprehendit, & quæ Dei sunt omnia a cana, sive ad naturam, sive ad consilium, voluntatemque eius pertineant, intimum perfectissime & nouit, ipse enarravit. Villagodus, Euangelista, volens nobis in sinuare Filium esse Patri consubstantialem, coherorem, ac verum & inseparabilem: & ex Proprietate propriam substantialiam habere, & in Patre esse. huius nominis sinus mentione fecit. Thomas, In illo ego sum, id est, in occultissimopaterna natura & essentia, quæ excedit omnem virtutem creatura, est unigenitus Filius & ideo consubstantialis est Patri. Et, quod Euangelista hic significauit per similenum, hoc David exibit sic per alterum dicens. Ex utero ante luciferum aenam

XXII. Dicant nunc Veteres. Cyrillus. Vnigenitum Filium appellauit, & in sinu Patris esse affirmauit, ut ab omni creatura eum separaret, & ex Patri propriam substancialm habere, & in Patre esse ostenderet. Theophylactus r̄iū γνωστού, & οὐδὲ τις οὐδεποτέ δηγεινότως τοῦ ιησοῦ τοῦ πατρὸς οὐ διαφένει τοτε τοῦ ιησοῦ λέγειν. Meminit huius nominis Evangelista volens ostendere germanitatem & inseparabilitatem & coaternitatem Filii cum Patre. Euthymius. Proprium & consubstantiale Filii significauit. Zacharias Chrysopolitanus l b. i. c. 3. Sinum dicit secretum Patris. Inde Filius venit per assumptionem carnibus σύμψυχος. B. za. Qui Patri est intimus, ac non modo amoris, sed ipsius etiam essentie identitate unitissimus, & filiationis proprietate sic reipsa distinctus ut sicutamen coenobita. Nec aliter Bulingerus 8. M. C. lue.

XIII. Iam res est in aperto. Nam differentiam notari inter naturalem filium, & adoptiuos, negari nequit. Neque enim adoptiuorum vius est in sinu Patris: alioquin esset coessentialis. Sed hanc differentiam sic esse, ut nemo adoptiorum sic viderit, ut inde assequeretur perfecta beatitudine commentum est Capucinū: non ab Evangelista, qui loquitur potius de certitudine p̄ædicationis sine procedente Itaq; dicendum erat, nemine sic vidisse Deum, ut posset authenticē enarrare. Theophylact. ὁ μὲν Μωϋσῆς ἦν ἐποκεν ἀπὸ τοῦ ἄλλος λέγεται εἰπεῖν ἡγεμόνι τραβεστίῳ ἐν τῷ φυλακῇ αὐτοῦ εἴπειν. Etenim Moses neq; Deum vidit, sicut neque altius quisquam, nec potuit nobis enarrare dilucide & clare. οὐχ Χριστὸς γάρ ἡν, οὐ προφήτης, οὐ τοιχίος πατριώτης, οὐ πόνος αὐτοῦ ὅπερ, οὐ καὶ τὸ πάσιν αὐτὸν τὴν εἰρήνην. Καὶ αὐτὸς Christus fuit Filius, οὐ quidem unigenitus, existens in sinu Patris, non tantum quidetur, sed etiam cunctis hominibus narratur.

XXIV. Respondeo igitur esse in sinu Patris d'ci, ut prius, vel secundum naturam, vel secundum personam. Secundum personam, conceditur minor, sed negatur maior. Et enim corpus ipsum fuit hoc modo in sinu Patris: nectamen perfecte beatum.

XXV. Sin autem secundum naturam, cedetur profecto maior: sic tamen, ut beatitas intelligatur essentialis: nam ut habeatur aduentitia, nihil opus esse in sinu Patris. Sed negatur minor. Neque n. anima Christi sic est in sinu Patris: aliquo esset eidem coessentialis: quod absurdum.

XXVI. Huic tamen minori consimilans mirabile est argumentum:

XCV. Tuus tam tuus immori commandas, inquit et organum
tum: Eundem dici esse in sinu Patris, qui anhunciaris. At homi-
nem annunciasse. Ergo secundum humanitatem fuisse in sinu Patris.
Quasi diceret, qui est in sinu Patris, est consubstantialis Patri. At homo

est in sinu Patris: Ergo, secundum humanitatem est Patri consubstantialis. Indignationem tenebit Theologus: Nimirum aliud concluditur, quā fuit praemissum. Conclusio esse debuit. Ergo homo est in sinu Patris: vel, Ergo qui in sinu Patris, idem homo: quod verissimum secundum personam. Sed etsi homo, non tamē secundum humanitatem.

XXVII. Tertium argumentum ex c. 3. *Nemo ascendit in cœlum, nisi qui descendit de cœlo*, Filius hominis qui est in cœlo. Sed hunc locum Boëtius agnoscit esse difficultem: Itaque in eo prolixius nugascat. Verum ego contraham: *Quisquis ascendit in cœlum, & in cœlo est, ille fruatur animæ beatitate perfecta.* At Christus ab initio suo secundum humanitatem suam, ascenderat in cœlum, & ibi erat. Ergo, Christus ab initio suo fruatur animæ beatitate perfecta, Minoris probandæ ille locus est.

XXVIII. Respondeo, negari minorem. Certum est enim Christum secundum humanitatem, nec ascensionis cœlum, nec fuisse in cœlo nisi tum in morte secundum animam, iuxta illud, *hodie eris mecum in paradiſo: tum post resurrectionē quadragesimo die secundum etiam corpus: Iohannis 20. Nondum aſcendi ad Patrem meum.*

XXIX. Nec probatur minor ex illo loco : in quo ascensus dicitur secundum Deitatem : testibus cunctis interpretibus. Augustino in Ioannem tract. 12. Ecce hic erat, & in celo erat. Hic erat carne, in celo erat Divinitate. Imo ubique Divinitatem. Natus de matre, non recedens a Patre. Euthymio: Qui iuxta divinitatem in celo est, sive celestis. Thoma: Non intelligendum est, quod Filius hominis secundum humanam naturam de celo descendenterit, sed secundum suam diuinam. Et post, Descenderet ergo de celo dicitur de Filio hominis, non secundum humanam naturam, sed secundum diuinam : secundum quam conuenit ei ante incarnationem de celo fuisse. Iterum, descendit de celo, non quidem desinens esse sursum sed assumens naturam, qua est deorsum. Fulgentio ad Thrasimundum lib. 1. cap. 5 Ne ista Dei in terra visio, & cum hominibus conuersatio Deum immissum putaret (an putaretur) alienasse de celo properet hoc ipse Filius, ut immensitatem divinitatis sua in terra positus demonstraret: & secundum hominem, quem susperat, in terra positus; secundum Deum, quod semper erat, prae omni se etiam de celo doceret, ait, Nemo ascendit in celum, nisi qui de celo descendit Filius hominis qui est in celo. Non quia humana Christi substantia fuisse est ubique diffusa, sed quoniam unus idemque Dei Filius, atque hominis Filius, verus Deus ex Patre, sicut homo verus ex homine, licet secundum veram humanitatem suam localiter tunc esset in terra, secundum divinitatem tamen, qua loco nullatenus continetur, celum totus impletet & terram. Vide etiam Vigilium contra Eutychen lib. 2. c. 3.

XXX. Addo recentes Papistas. Maldonatum, *Ascendisse iam tunc dicebatur, non quod Diuina ascendisset natura, neque quod ascendisset humana: sed per communicationem idiomatum: quia Filius hominis cum in terra esset, in cœlo quoque esse dicebatur: quia idem Deus erat, & Deus erat in cœlo.* Magus, opinor, Theologicum hoc est; quam quod quidam dicunt, in cœlum ascendisse, quia eius anima beatæ erat. Toletum. Dicitur esse in cœlo quando hoc loquebatur, ratione diuina natura: dicitur descendisse de cœlo, ratione diuina ut principij, ratione humana ut termini. Nam Deum descendisse de cœlo non est aliud, quam Deum, qui in cœlo est, hominem factum esse. Peterium, ii. disput. in id caput: *Dicitur Christus descendisse de cœlo, non ratione humanitatis assumpta: sed quia cum ante aucto Deus, fuisse in cœlo, posse humana carnem & natum induere, apparuit in terra.* Salm-tonem, tom. oclavi tractatus sex. v. Nihil est aliud descendisse de cœlo, quam illud ipsum quod dixit initio huius Euangelij. Verbum caro factum est. Et post, Quod quia in terra, ubi mater erat, factum est, merito utitur verbo descendit, ad inferiorem locum designandum. Iterat: subditur quiescit in cœlo; quia diuinitas eius humanitate assumpta includi negavit. Is consensus est plurimorum interpretum, paucis admodum discrepantibus.

XXXI. Contra tantum consensum disputat tamē Capucinus; primū à voce ascendēti: deinde, à nomine Filiū hominis. Nam ascendere, vel de Deitate dictum, vel de humanitate. At non de Deitate, quæ nunquam cœlum deseruerit: & Paulus Christus ascensionem ad solam humanitatem referat 4. ad Ephesios. Ergo de humanitate. At non de ascensu post resurrectionem: quia verbum, ascendit, sit præteriti temporis: ideoque non futuram designet ascensionem, sed factam insinuet.

XXXII. Respondeo: primum posse, neque de Deitate, neque de humilitate Christi verbum ascendendi, intelligi: nisi forte obtusius sit Iesuitæ ingenium Capucini cuculo. Nam Toletus, Dico hoc dictum esse propter homines, quorum nemo in celum ascenderat, ut coelestia ibi videre & intueri posset, quia hominum, cum in terra sint, nemo in celo esse poterat, nisi ascenderet. Christus autem non dicit se ascendisse, sed esse in celo. Nimirum ut illud ei non nisi, non exceptiue sumatur, sed aduersatiue; ut inter dum alias: & sensus sit, nemo ascendit in celum: sed qui descendit è celo, filius hominis, est in celo. Satis subtiliter.

XXXIII. Veruntamen, si displaceat; & de Christo potius intelligendum videatur; negatur assumptum Iansenius. Rectius intelligitur Christus secundum diuinam naturam ascendisse tum in cœlum. Nam quod obiicit De tam non deseruisse cœlum, soliditatem Iansenius. Non n. ait, hic ascendere motum aliquem denotat; sed ascendisse in cœlum nihil aliud hic est, quam contemplatum esse omnia cœlestia, & quacumque Dei sunt perfecte collustrasse, & perdidicisse. Nec illud etiam ad Ephesios obstat; quia videlicet dissimiles loci sint: Etenim Paulus manifeste loquitur de eo ascensu, qui fuit post resurrectionem & per motum localem: quem solius esse humanitatis est manifestum. Sed Christus apud Ioannem de alio genere ascensus agit.

XXXIV. Nunc à Filio hominis sic arguit. Hoc loco filium hominis scipsum nominat, quo se à Filio Dei distinguat. Quare magis consentaneum est hæc de Christo homine exponere.

XXXV. Sed interpres dissentiant, qua veteres, qua recentes, diligenter ad modum obseruantes esse idiomatum communionem, Theophylactus; Cum audis Filium hominis descendisse ex caelo, ne existimato carnem ex caelo descendisse, dicit enim plena in tractatione: non enim carnem pro loco ex Christo, sed ex deo Pro loco ex Christo, non enim carnem ex Christo, sed ex deo. Verum quia una est hypostasis, sive persona, Christus, ex duabus naturis compositus, nominis dicuntur de Verbo, & contra qua Verbi sunt

*homini apponuntur. Hic ergo ex ratione Filius homin's dicitur descendisse
ex celo, ut potest esse una persona, una hypostasis. Vigil. contra Eutych.
libri 2. cap. 3. Si quis dicit hominem, id est, carnem de celo descendisse, profecto
anathema est. Et eum obiecisset sibi hunc locum: Ecce Filius homini dici-
tur descendisse de celo, cum constet solam Verbum, id est, nudum sine carne, sine
hominis appellatione descendisse de celo. Ecce caro, id est, filius hominis legitar
tunc fuisse in celo, qua nunquam inde descendit, & quia illuc nec ad ascendere
potest. Sed hoc est unus persona mysterium, hoc unus Christi ex utroque subsi-
stentis sacramentum, hoc utrariumque naturarum proprietatis arcanum. Et
post, Ergo, secundum proprietatem naturae solum Verbum descendit de celo se-
cundum unionem persona simul & caro descendit, quoniam persona carnis, est
in persona Verbi, quod descendit.*

XXXVI. Thomas in Cathena ex Augustino. Quamus in terra factum sit filius hominis, diuinitatem tamen suam, qua in celo manens descendit ad terram, non indignam censuit nomine Filius hominis, sicut carnem suam dignatus est nomine Filii Dei. Per unitatem enim persona, qua utraque substantia nunc est Christus, & Filius Dei ambulabat in terra. Idem ipse Filius homini manebat in celo. Toletus, Sciendum, Christum Deum & hominem dictum esse, ascendisse, & descendisse. & esse in celo; non: amen ratione viriusque natura, sed cum sit una persona in duplici natura, per communicationem idiomatum, quam vocant, recipit predicationes viriusque natura. Idem enim est Christus, qui est Deus & qui est homo: idem qui natura ex maiore in tempore, & ab aeterno ex Patre genitus, sed non ratione unius naturae.

XXXVII. Quid igitur illud est, Boueri: *Filiū se hominis appellat, ut à Filio Dei se distinguat?* Monstrum Theologie: quo duo filii designati videntur secundum Nestorium nisi molliatut accurata interpretatione, quod Veteres creberitime dicunt, homo & Deus, pro humanitate & Deitate. Quanquam non meminimus ita legisse, *Filiū Dei, & Filiū hominis* Verum, ut tam propios nanciscatur apud nos lectors, quam nobis non sit facile inuenire apud Papistas, omnia trahentes in calumniam; tamen omnino falso est, quod singit, nempe voluisse Christum significare se fuisse tunc in celo secundum humanitatem.

XXXVIII. Quartum argumentum ex loan. 12. *Vbi ego sum, illuc & minister meus erit.* Et 14. *Vado parare vobis locum, ut vbi sum ego, & vos sis.* Et 17. *Pater, quos dedisti mihi, volo, ut vbi ego sum, & illi sint mecum.* Hæc, inquit, de beatorum gloria, quam iustis omnibus pollicetur: *Et vbi ego sum, non, vbi ero.* Ergo, adhuc mortalibus talis potiebatur cœlesti gloria, quam certe ris post mortem expectandam relinquebat.

XXXIX. Et sicut paulo meliore loco res videatur esse Bouerii: nam, cū in præcedentibus & veteres, & suos haberet aduersarios, cum hic suis faltem vtitur propriis, Maldonato, Toleto, & aliis nonnullis. Sed habetamen quicum loctetur. Nam cum Veterum nemo in iis verbis prætent illam gloriæ fruitionem obscuravit; cum vero Papistæ nonnulli abatecesserunt. Clichoueius 8. in Ioan. c. 14. *Vbi Christus est, scil. in celo, à quibus per susceptionem carnis nunquam discesserant.* Caethusianus: *Et ubi sum est in uiolabiliter secundum diuinam naturam, semper quoque post ascensionem, id est, in regno calorum, in patria beatorum.* Cum istic Theophylactus: *Nisi Christus; cōsiderat; Vbi autem Christus? In celis.* Quæ verba desumpta Chrysostomo.

XL. Nota illud *vbi* de cœlis exponi, id est, loco beatitatis æternæ, non hæc directe exprimatur, sed cœlum in dicetur: unde tamen facilis est intellectus, ut alibi. Veruntamen, Christum esse in cœlis duplice, vel secundum Deitatem, vel secundum humanitatem. Prior modo, tempus præsens potest sanci virgeri; in quo etiam vim facit Sophista, nempe, quia per incarnationem Deus iusta descendit. Sic dicitur, ut tamen eos non defuerit: sed non, si Deitas fuit in cœlis, id est etiam humanitas.

XLI. Altero autem modo, notant illi interpres nō p̄t̄ens tempus,
id est, ante passionem; sed futurum: aempe post resurrectionem cum ta-
men aduersarius istoc opus minime habeat. Est igitur in verbo summis
temporum aetatis frequens, praecipue cum res sunt in procullo, &c., et
vulgus loquitur in fieri, Matth. 26. Sanguis meus, qui promulga effundetur:
vbi vetus Interpres dixit, effundetur: vt si, ad Corint. 11. tradetur pro tradi-
tur: Iohann. 13. Quod facis, fac cito, manifeste pro, quod facturus es.

XLI. Et tamen; quid si illud, *vbi ego sum*, non beatitatem signet; sed statum pœnaru, in quo tuus Christus erat? Calinus est in eum modi interpretatus: ut hortatio sit ad mortem, quamvis acerbam & molestem libenter subeundam exemplo Christi: ut pote cum sit ea conditio illorum, qui ei ministrant. Vnde etiam, erit, i imperatiue accipit pro, *esse*. motu hebraico, quod retinuit Bezaio verendo. Assensus est Aretius. Et videntur fauere sequentia. Et si quis mihi ministauerit, honorabit eum Pater. omnino n. *ab aliis* & *se* verborum distinguunt istum honorem, ab eo quod dixerat, *erit*, tanquam aliquid consequens, quod est absurdum, si illud, *esse* *virgo* *sum*, significet hanc gloriam.

XLIII. Quia argumentum ex Ioann. 6. Non quia Patrem vidit quisquam: nisi uis est à Deo, hic videt Patrem. Nemo negabit, ait Fenestadius, Chtistum longe excellenter ac purior modo vidisse Deum, quam vel Iacobum, vel Moysem, vel Paulum. Sane, inquam, sed quid tam? longe enim excellentiore modo viderunt Iacobus, Moses, Paulus, quam quisquam alius. Et tamen non statim Iacobus, Moses, Paulus, fereunt perfecte beati Ergo, satis esto Sophistæ id sumere, quod impunetur, longe excellentius visum Christo. Sed præterea ostendito visum e genere visionis, que sit perfecta beatitudo. Nos enim negamus & alii dicamus: neceps illam personalē, quam diximus atgumento primo. Hoc enim vere visio est, nulli prorsus creaturæ competens. Et sic Thomas N. si uis, scilicet Filius, qui est à Deo, hic videt Patrem suum per essentiam. Et post. Omnis creatura participat quidem aliquam similitudinem Dei: sed in infinitum distantem à similitudine sua natura. Et ideo nulla creatura potest ipsum cognoscere perfecte & totaliter, prout est in sua natura. Filius autem, quod perfecte totam naturam Patri accepit per aeternam generationem, ideo totaliter perficit & comprehendit. Maldonatus citat ex Ammonio. Ieçō iüs την πάτερνην τινας των τερτίων, Επονθεών την τρίτην την μητέραν. Videt Filius Patrem, ut ipsi qui supra res omnes emittant, & solus ex substantia sit Patri.

C A P . V .

De beatitudine anime Christi rationes

Papistica.

I. Actenus videri ex iis quidam voluerunt disputasse ex Scripturis. Nunc alij rationibus. Istis Canus.

II. Primaratio: Cui communicatur esse, ei etiam communicatur propria rei operatio, quæ consequitur esse: ut, cui datur esse ignitum, eidem quoq; datur ut calefaciat: & cui daretur esse solis, is sine dubio illuminaret. At propria Deitatis est, Videte scipsum. Hac enim visione beatus est. Ego, cum anima Christi haberet esse diuinum, habebat item suo modo diuinæ naturæ propriam actionem, atque adeo videbat Deum.

III. Recte, inquam, natura humana Christi haberet suo modo diuinæ naturæ propriam actionem. Nemo id Catholicorum inficiabitur. Ille. n. modus est in unione personali, de qua sic Thomas in 3, Ioannis. Cū in Christo sit unū suppositum, vel hypostasis, vel persona duarum naturarū, diuina, & humana: ex quacunque earum hoc suppositum nominetur, possant ei attribui, & diuina, & humana. Possimus enim dicere, Filius hominis creauit stellas, & quod Filius Dei crucifixus est. Sed Filius Dei crucifixus est, non secundum diuinam naturam sed secundum humanam: Filius autem hominis Creauit stellas secundum diuinam naturam. At hic modus non concludit hanc beatitudinem, quam querimus: alioquin concluderet in corporis gratiam, quod tam enī negant omnes fuisse beatum. Quare, & nos dicimus filium hominis eam habuisse diuinam actionem, ut videtur Patrem, sed secundum Deitatem sibi vnitam.

IV Ratio secunda. Maior erat vero anima Christi cum Verbo, quam vno beatorum: led ex hac existit claritas in intellectu beati, ut Deum videant. Ergo multo magis ex illa talis claritas oritur. Consequens probatur ex Thome: quia quanto receptum propinquius est causa influenti, tanto abundantius & plenius recipit influentiam.

V. Respondeo, negari consequentiam. Nam similiter corpus Christi maior vniōne vnitum est Deo, quam vniēndam sunt vnguam corpora beatorum. Atqui hæc vno liberat ea corpora à morte. Ergo multo magis illa Vno liberat corpus Christi à morte. Applauditne Schola Papistica? Nempe, hoc perpetuum peccatum, cum ita dissentur de unione hypothesistica; quasi nihil pertineret ad corpus, & tota ex hoc autem ab anima, quod est impium.

VI Ad rationem Thomæ dico: propinquitatem ilam, non quancunque intellegendam: sed secundum rationem influentiae: alioquin nihil obstat quominus influentia sit maiore in remotiora. Exempli gratia: calorem suum magis influet solis, si nam regionem aëris, quam in medium, cum tamen hæc sit secundum situū longe propinquior. Sed hæc videbatur propinquitas non est secundum rationem influentiae. Si secundū stirpem fuerint Christo propinquiores fratres, quam Petrus: in quo tempore ille non instillarat fidem, ut Petro. Si secundum hypostasis propinquius Filius Dei corpus suum, quam corpus Enoci. Et tamen Enoci corpus liberavit ne esset moriens, non suum. Nemirum influentia Dei non est, ut in astris, brutis quidam motus; sed voluntarius, qui interdum suscepit, interdum exseruit, & varie. Quod nunc factum, quia videlicet Christo suscipienda fuit caro nostra, non beata, sed qualis est in statu isto miseriae, excepto peccato.

VII. Ratio tercia. Filius Dei in hoc natus est, & ad hoc venit in mundum, ut testimoniūm perhiberet veritatem. Ut autem testis perfectus sit, illares in eo prima queritur, ut hoc probe cognoscat & teneat, de quo testimonium est latus. At Christus testis veritatis erat a Patre constitutus. Quocirca necesse erat, ut a Dei Verbo mens potissimum & ratio hominis in ipsa vniōne perficeretur.

VIII. Negatur consequentia: quoniam aliud concluditur quam erat propositum. Debuit enim concludi. Ergo Christus debuit probe cognoscere & tenere id, de quo testimonium erat latus; quod qui neget, sit impius. Sed qui traducat ad hunc beatitudinis statum, sit inepitus: nisi corpus iudicium & peccatum: Ioannis 3. Et quod videt & audiuit, hoc testatur. Hic annotat Maltonius vice illius Christum, quæ loquebatur, non sensu, sed natura sicut Deus dicit ut videre omnia; audire autem a Patre, quia & scientiam & omnia prorsus, quæ habet, una cum natura, accepit a Patre.

IX. Quarta ratio Feardentij est: Quemcumque Deus amat diuino atque ininitio amore, eus anima ab ipso creationis momento, beatissima ac gloriosissima fuit. At Christum sic dilexit: Assumptum multis probat.

X. Nogator maximus. Nam, quid hac probatione opus fuit apud Christianos, sed maiorem omisit demonstrare Deiperabunde. Enimvero Mariam, ne Franciscus neget amaram a Deo, & quidam amore divino, coquæ infinito: Non enim potuit alter. Atqui huius animam sic fuisse ab initio suis beatam, quis dixit? sane quæ osculum que Deus amat, eorum animas vult beatas: sed esse a prima conceptione, neque Scriptura docuit, neque Patres audierunt: sed Monachi finxerunt.

XI. Quinta ratio: Vno naturarum non debuit esse absque communicatione gloriae. Nam communicata natura, communicari quoq; necessitate est omnia quæ in natura inseparabiliter adhærent, quæ tamen communicabilia sunt. At gloria diuinæ naturæ propria est, ac illa inseparabiliter adhæret, atque communicabilis est. Ergo, vno hypothistica in Christo non debuit esse absque communicatione huius gloriae.

XII. Respondeo, gloriam aliam esse essentialiæ Deitati, aliam eius effectum extra secum. De priori conceditur totum argumentum: sed ita ut communicatione intelligatur personaliter. Nam aliqui in absurdissimum esset: quoniam maneret in vniōne hypothistica naturæ proprietatibus distincta: ac incōfusa: Atq; adeo, apud Theologos, huiusmodi naturas ac proprietates comunicabiles dicere monstrum est: quandoquidem tota definitione opponantur proprium & commune. Itaq; plenissime confitemur totum Deitati inseparabiliter hærentem gloriam communicatam esse naturæ humanae Christi, puta omnipotentiam, infinitatem, eternitatem, reliqua: nempe hoc sensu, ut huius humanitatis propria sit omnipoten-

tia personaliter, quomodo eidem propria est Deitas, ut sit eadem persona. Sed hanc gloriam non pertinere ad presentem disputationem, ræderem monere tam frequenter, et si cogat tam monstrosa aduersarij pertinacia, tertio quoque verbo idem peccatum peccantis. Vno verbo, gloria illa essentialis, tam est corpori communicata, quam animæ: & tamen corpus hoc non fuit ab initio lui frons perfecta beatitate.

XIII. Quod si gloriam intelligent illam alteram, nempe effectum Deitatis in natura assumpta, & vno verbo, beatitatem participatam, negatur antecedens. Nam quod ait, communicata natura, communicari omnia quæ huic adhærent, verum est: sed adhæret, et naturæ Dei hanc beatitatem fallit. Est enim ei extrinseca, ut pote hærens creaturæ, & quidem tanquam accidens, quod aliquando absurit, post adfuerit. Non potest autem Deo adhærente vnum accidens. Deniq; reperio exemplum corporis.

XIV. Postrema ratio est ab authoritatibus Patrum. Quarum alias exhibuit Canus. Et primum, quæ perfectum hominem Christum fuisse dicunt: Ambrosij c. 7. de Incarnationis sacramento, Deus in carne perfectionem naturæ assumptionis humanae, suscepit sensum hominis. Epist. 47. Accepit plenitudinem naturæ, & perfectionis humanae, sicut Deo nihil debeat, ita nec homini consummationis, ut esset perfectus in utraque forma. Ex Cyrillo apud Leonem, epistola ad Leonem Augustum, qua 95. Sic in terra apparuit non amittere, sed quod erat, sed assumens humanitatem naturæ in surratione perfectum.

XV. Deum immortalem! quid esse potest tutum ab Sophistis? Atqui Ambrosius perfectionem, humanae naturæ intellectus essentialis; nempe, ut nihil deficeret quo minus haberet integrum, contra eos qui animam ei deuegabant. Itaque in priori loco hæc legas: Consequens est, ut per assertionem Dominici sacramenti, & plenitudinem naturæ humanae fuisse astrictus in Ch. isto, & ab infirmitate prauidicio Spiritum Sanctorum separaremus. Non est enim obnoxius infirmitati, qui non est obnoxius passioni. Quare inguius, qua ratione animam putent quidam a Domino Iesu non esse suscepit. Paulo post. Et ideo cum suscepit, carnem hominis, consequens est, ut perfectionem incarnationis, plenitudinemque suscepit: nihil enim in Christo imperfectum: suscepit itaque carnem, ut resuscitaret: assumpsit animam: sed animam perfectam, rationalem, humanam assumptionem, atque suscepit. Iterum. Sicut carnem nostram, ita & animam nostram perfectam naturæ humanae assumptionem suscepit. In altero loco. Ergo, cum esset in plenitudine Divinitatis, ex inanis se, & accepit plenitudinem naturæ, & perfectionis humanae: sicut Deo nihil debeat, ita nec homini consummationi, ut esset perfectus in utraque forma. Iterum. Quare quid sit formam serui accipiens? sine dubio perfectione nature, & conditionis, ut dixi humana, ut esset in hominum similitudine. Video quod dixi: Perfectionem intelligi eam, cui nihil deficit, quia naturæ sunt humanae? Atqui hæc beatitas non est naturæ humanae: contentum est in esse supereratutalem. Tum autem illud quid est, sicut carnem, ita & animam perfectam suscepit: Nihil discrevit. Certe enim carnem suscepit perfectam, & tamen, consentientibus aduersariis, non beatam.

XVI. Secundo loco Augustinum habent in libris de Trinitate. Mox ut Verbum venit in uterum, factus est perfectus homo. Super Exodum. Non habuit omnino Christus iuxta anima meritum quo posset proficere. Et verum illum Psalm. 64. Beatus quem elegisti & assumpsisti, de unita humanitate interpretantem.

XVII. Horum locorum duos primos, tam vasta designatos incuria, fateor mihi quæcenti in tam vasto mari, non occurrisse. Primum tamen est facilem iam videri quisque, opinor, qui de Ambroso, quæ diximus, audiat. Quis enim neget in utero fuisse hominem suis naturæ perfectum partibus? Alterum non, opinor, difficiliorum. Nam merita ad iustitiam pertinent. Nos autem credimus perfectissime iustum fuisse feni per Christum, ita ut ei iustitia nihil addi potuerit. Fortasse est aliquid aliud, tantum conicio. In Psalmo concedo virū illum exponi de Christo incarnato, sed quid tu? Non enim uno modo semper beatum dici norunt, nisi qui in Scripturis sunt hospites. In Apocalypsi beati qui moriuntur in Dominis: ubi beatitudo est ipsa præsens fruitio. Ast alias. Beati qui persequuntur patrum: Et beatus venter qui te portauit: ubi tantum pro destinatione ad beatitudinem. Cur non ergo merito beatus Christus secundum humanitatem, cui destinata est eterna gloria? nec vero Augustinus habet quicquam, quo præseutem perfectam beatitudinem Christi describat.

XVIII. Ex Remigio in ilud, Lucæ 3. Ecce aperti sunt ei cœli, etiam secundum humanam naturam? fides enim Ecclesiæ tenet, quod non minus aperti sunt ei cœli ante, quam post.

XIX. Concedo verum. Sed & nobis quis nescit apertos cœlos, post Christi ascensionem? & tamen nondum beatis. Quare apertos cœlorum non significat actualem fruitionem beatitudinis: sed duntaxat plenum ius in eam; quod Christo, secundum humanitatem, fuit plenissimum, etiam cum nulla ei consolatio fuerit in patrem animæ inferiorem, quod faciunt Papistæ. Unique, apertum ei cœlum fuit; statim ac fuit unus Verbo: Et tamen nunquam dicitur ingressus cœlos, nisi post resurrectionem, ac cum glorificatus.

XX. Subiiciuntur varij loci ex Cathena Thomæ, Damasceno, Theophylacto, Hieronymo, Cyriolo, qui omnes pertinent ad Christi sapientiam, de qua superi deo dicere: quia questionis sit seorsim disputatione haud multo post: Interterea dico: aliud esse perfectam sapientiam creatam, aliud actualem fruitionem perfectæ beatitudinis. Nam hæc non consistit cum illo genere miseria, sed illa potest: utrumque patet: nam perfecta beatitas est liberatio perfecta ab omni malo: Itaque ipsæ est omnium fidelium, cum fuerint in eam inducti nihil habituros, unde possint dñe. At Christi sapientia quantacunque fuit, constituit cum doloribus, etiam immensis. Fuit enim vere vir dolorum.

XXI. Ex Leonis Epistola ad Leonem Augustum, quæ alias 95, alias 97. Deitas assumptionem naturam beatificans, ut glorificata in glorificante permaneat.

XXII. Sed hæc neque in Leone sunt, neque, si sint, habent quicquam incommodi. Nam quis neget ipsam incarnationem fuisse beatitatem naturæ humanae? Sed hæc uno nihil ad rem nostram: Vnde scilicet Facile. Nam hæc beatitudo fuit non animæ tantum, sed etiam corporis.

Etenim natura utroque constat humana. Et Leo beatam dixit non eximie animam, sed communiter naturam.

C A P. VI.

De Christi beatitate argumenta
Catholica.

I. Si Papistæ disputatione. Nobis non est opus longa oratione, afferuntibus Christum conceptum nobis similem positum in hoc statu peccati, et si sine peccato: ac proinde obnoxium vere nostris infirmatis, quæ non possunt esse in eo, qui perfecta sua beatitate fruatur: idque propter dispensationem nostræ salutis.

II. Primum argumentum: Quæcumque natura humana est perfecte & actu beata, ea secundum omnes suas partes non distractas, est beata. At in Christo natura humana non fuit ab initio suæ conceptionis beatæ secundum omnes suas partes non distractas. Ergo non fuit ab initio suo perfecte & actu beata. Minor per se patet: quoniam, cum duas sint partes, Anima & corpus; tum vero non potuerunt aduersarij corpori actualem beatitudinem afferere: quando contrarium constat manifestissima experientia.

III. Maior autem manifesta sit, tum quia perfectio ipsa naturæ ne concipi quidem potest absque omnibus partibus: tum etiam, quia exempla manifesta sunt. Nam, quæ promittit fidibus beatitas, æque pertinet ad corpus, & ad animam, cum redierint in unum. Etsi quandiu non fit resurrectio, anima sic sit beata, ut corpus tamen non sit. Nam separationis alia ratio est, alia unionis: quod sit manifestum sicut per compassionem, per quam & anima agit in corpus: & corpus in animam. Porro Christi corpus non consideratur separatum à sua anima, sed vnitum.

IV. Itaque quod Papistæ beatitudinem animæ dicunt seorsim à corpore, impotum est, commode fictum, ne patet Sophisticæ. Sed nos debemus, non quid dicant, attendere, verum quid ratio ferat. Tum autem: cur ergo abusi sunt testimoniis Patrum, qui dicebant perfectiōnem naturæ?

V. Secundum argumentum: Summa beatitudo opponitur cuicunque miseria: vt non possint una confitentes, imo tollant se mutuo: si ergo in Christi anima fuisset summa beatitudo: ergo nulla miseria. At hoc falsum, ergo & illud. Assumptum probatur; quia ipse Christus testatus est, animam suam tristem fuisse usque ad mortem, Matthæi vicefimo sexto. Adde quæcumque loco disputaturi sumus de animæ Christi passionibus.

VI. Est autem hoc argumentum tanto potentius; quanto illi coguntur ipsi: non tantum ut prius, animam disparare à corpore. Sed etiam rursus in anima partem superiorum ab inferiori. Per eius in Exodi 12. Disp. 7. Coristus Jane exhibuit se nobis non crudum, sed coctum: nec aqua coctum, que ardorem ignis minuit, ac refrigerat. In passione enim Christi nulla fuit aquæ guta, nihilque solatij, quod acerbitatem eius mitigaret. Martyres Christi cotti sunt aqua: passiones enim eorum multis modis refrigerata, ac mitigata sunt. Christus nullam tunc habuit in parte inferiori consolationem, nec à parte superiori anima nec à Deo. Thomas parte 3. q. 46. art. 6. Animæ secundum vires inferiores efficacissime apprehendit omnes causas tristitiae. Tertio: magnitudo doloris Christi patientis potest considerari ex doloris & tristitiae puritate. Nam in aliis patientibus mitigatur tristitia interior, ut etiam dolor exterior ex aliqua consideratione rationis, per quandam derivationem; seu redundantiam à superioribus viribus ad inferiores, quod in Christo patiente non fuit.

VII. Enimvero, quid hoc est: in corpore, ubi sunt partes extra partes, non difficile concipitur dolor per diuersas partes: neque enim sanitas quantacumque capitum obstat doloribus podagræ, quominus acriter irritant: Et tamen ita ut per compassionem caput ipsum non sit omnino querum. Ast anima, quæ prouersus est apiegetæ, quia spiritualis natura, qui possit esse perfecte beata, ut tamen aliqua eius pars sit in tanto miseria excessu, ego quidem videre nequo.

VIII. Quid me dico? Ne ipsi quidem. Itaque Maldonatus in 2.6. Matthæi hanc disputationem improbat, Subtilius in scholis à Theologis disputatur, qui fieri potuerit, ut Christus, cum beatus fuerit, tristitiam haberet. Sunt qui respondeant, beatum fuisse tantum superiora anima & pars corporis enim illius nondum fuisse beatum: quia, ut pati posset, nondum se in illud beatitudo effuderat: tristitiam autem fuisse in inferiori parte, que in corpore est. At Christus animam suam usque ad mortem tristem esse affirmat, quo verbo ostendit, omnes anima sua partes occupasse: Et paulo post dicit, Non sicut ego volo, sed sic erit: & ut alius Euangelista clarius dixit, Non mea voluntas, sed tua fiat: ubi haud obscure significat se etiam voluntate, que superior anima pars est, fuisse tristatum, mortemque refugisse. Et vero ex eo loco sexta Synodus generalis, aliqui autores veteres probauerunt, duas fuisse in Christo voluntates, diuinam & humanam. Itaque, eorum subtilitas, qui voluntatem hic interpretantur partis sentientis appetitum, probanda non est. Melius igitur alii dispensatione quadam factum fuisse, ut cum Christus beatus esset, tristitiam etiam in superiorum anima partem admiserit. En tibi igitur anima Christi dolorem non in parte tantum inferiori, sed etiam in superiori.

IX. Tota ergo, inquam, anima doluit. Quod etiam Thomas explicavit, & dixit, eam animam passam secundum totam suam essentiam: sed & secundum omnes suas facultates, quanquam aliter atque aliter: inferiores videlicet, suis propriis doloribus superiores per dolores essentia. Sed præstiterit describere locum eti prolixiusculum. Artculo septimo questionis quadragesimæ sextæ, partis 3. Si intelligamus totam anima ratione sua essentia, sic manifestum est totam animam Christi passam esse. Nam tota essentia anima coniungitur corpori, ita quod tota est in toto corpore, & tota in qualibet parte eius: & ideo in corpore patiente, disposito ad separationem ab anima, tota anima patiebatur. Si vero intelligamus totam animam secundum omnes potentias eius, sic lo-

quendo de passionibus propriis potentiarum, patiebatur quidem secundum omnes vires inferiores: quia in singulis viribus inferiorib. anima, qua circa i. poralis operantur, inueniebatur aliquid quod erat causa doloris Christi. Sed secundum hoc superior ratio non patiebatur in Christo ex parte sui obielli, scilicet Dei, qui non erat anima Christi causa doloris, sed delectatione & gaudi: secundum autem illum modum passionis, quo potentia aliqua dicitur pati ex parte sui subiecti, sic omnes potentias anima Christi patiebantur, omnes enim potentia anima Christi radicantur in essentia eius, ad quam peruenient passio, passo corpore cuius est actus.

X. Hæc ille. Passa est ergo Christi anima secundum totam suam essentiam, & fuit actu beata: Fuit perfectissime beata? Non potuit, ea sicutem beatitatem, quam habemus descriptam in Scripturis. Quis enim se credit, vel villa sui parte esse actu beatum, qui totam suam essentiam videat relata in miseria? Et quidem tanta quantæ non sunt vel omnes miseris in hac vita?

XI. Quanquam illud etiam falso assertum, superiores facultates nihil esse passas per se. Nam in causis, à quibus eduxit grauitatem passionum, numerauit ipse in praecedenti articulo omnia peccata generis humani, pro quibus ei satisfaciendum erat: Item casum Iudæorum scandalumque discipulorum. At hæ causæ non pertinent ad inferiores partes animæ, sed ad superiores, intellectum & voluntatem. Nam quod v. satisficeret Scoto, respondit Cajetanus, variis modis nolle nos aliquid, neque ex omnibus causari tristitiam, ut patet in sanctis, qui nollent suos damnari, nec tristitiam tamen, cum vident damnatos: hoc, inquam, responsum ridiculum est: quia inutile: quandoquidem concessit Thomas ex his causis intentiorem factam tristitiam Christi. Cum autem de re ipsa constat, quid iuvat cauillari? Enimvero, qui negat semper ori in de tristitiam, certe concedit aliquando: hic autem, id est, in Christo ortam fuisse non concessit, sed professus est Thomas. Hoc sufficit. Et quidem vide exemplum Sanctorum quale sit. Vellent iij sane suorum nullos damnari: sed quum damnantur, quid fit? Non tristitiantur. Sane inquam: Ergo ab eo genere voluntatis nulla tristitia est, neque secundum partes inferiores, neque secundum superiores. At in Christo fuit aliqua tristitia, ergo Christus non ea voluntate voluit, quæ nullos adferat dolores.

XII. Sed vide iterum: negat passum Christum propriis doloribus, cultum superiorum: quia Deus eorum obiectum, nulla fuit ei causa doloris. Quod absque commoda expositione concedi non debet, sed esto tamen, donec plenius disputatione possimus. Nunc tamen est inutile. Nam idem Deus est obiectum animæ, non Christi tantum, sed etiam omnium Sanctorum. Et idem Deus causa est delectationis & gaudi omnibus Sanctis. Quid ergo sunt ne omnes Sancti actu beati, antequa eripiantur in cœlos. Imo Paulus, Memiserum, aiebat, quis liberabit me? Potest ergo aliquis esse non perfecte beatus, qui tamen ab obiecto animæ nullam causam habeat doloris.

XIII. Sed factum per dispensationem, inquit Maldonatus. Fato, inquam, dum ne dispensationem dicas histrio, namque singulare quod non sit: sed coniunctam cum rei veritate: quomodo per dispensationem Christus mortuus. Sed hanc dispensationem nos inchoamus ab ipso conceptionis initio, ad resurrectionem usque: ut tota vita nihil fuerit propter dispensationem, quum qui erat Rex regum in forma Dei, assumptus formam serui pro nobis. Sic dispensatio fuit miseria corporis: quæ tamen vera fuit miseria.

XIV. Colligo breuiter: Nemo est perfectissime beatus, cuius anima secundum totam essentiam, & omnes suas facultates, est in doloribus, quanti possunt esse maximi. Atqui anima Christi fuit secundum totam suam essentiam, suasque omnes facultates, in doloribus huiusmodi. Ergo, eadem anima non fuit perfectissime beata. Minor est concessa aduersariis. Maior patet ex oppositione doloris & beatitudinis: nam omnis dolor pertinet ad miseriæ.

C A P. VII.

De Fide Christi.

I. DE Fide questionem inuenio Ioannem Hayum Iesuitam mouisse contra Chambrunum, c. 14. sub finem 1. segm. non sine atrinabile, quos criminatur tanquam detrahentes de maiestate Filii Dei tum alias, tum quia dicamus credidisse more aliorum hominum. Et Bouetum Demonstrat. tom. 2. lib. 2. Examinis 1. c. 15. Magnum sane crimen lud prius. Nam qui maiestatem Christi minuat, is nostro ipsorum iudicio, indignus sit Christianorum, non communione tantum, sed etiam nomine. Atque, utinam quam seuerere in nobis Papistæ crimen fictum erigit, tam casti ipsi se ab eo continuissent. Sed reliqua ipsi viderint. Nos quod nunc instat, agamus.

II. Obiicit Hayus, Primo, fidem non consistere cum gloria: Ratio, quia, Cum aduenirerit, quod perfectum est, tunc, quod ex parte est, absolvitur. At Paulus 1. ad Corinth. 13. At Christi anima ab ipso conceptionis momento hac gloria fuit prædicta. Concluditur itaque non fuisse in Christo fidem. Secundo, qui fidem habet, non perfecte videt essentiam diuinam: Atqui Christus perfecte videbat essentiam diuinam: ergo, non habebat fidem. Tertio ad Hebreos 11. fides definitur substantia rerum sperandarum, argumentum non apparentium. At Christi anima ab initio conceptionis fuit beata: ergo perspicue cognovit mysteria nostra fidei: Ergo non habuit fidem.

III. Respondeo, nullam hic esse controversiam. Sed tantum calumniandi præfiguram. Calumnia autem ansam fumi, ex eo quod neget Calvinus Christi fidem in cruce defecisse, aut etiam læsam fuisse. Nam aliud nusquam Calvinus disputat, habuit nec Christus fidem, an non. Est autem distinguendum. Non enim fides semper una eademque natione usurpat. Aliquando generaliter significat, cum quis alienitus doctrinæ à Deo reuelata: quomodo Simon Magus dicitur credere.

¶ Et si quomodo à Iacobo etiam hypocritis conceditur nomen fidei. Ali quando pro certa fiducia in Dei bonitatem, quæ nobis omnia pollicetur, quæ ab eo expectari possunt ad nostram utilitatem. Sic Iacobus oponit in eis misericordiam eius. Postulet (inquit) in fide nihil bastans. Alias significat medium illud, quo iustificamur coram Deo per Christū mediatorē nostrum, ob cuius mortem remittuntur nobis peccata, imputatur; perfecta iustitia; sic Paulus ait in nos fidei iustificati.

IV. His distinctis, dico, non posse absque blasphemia, simpliciter & absolute negari fuisse in Christo fidem. Nam externam professionem pie-
tatis quis ei deneget? Aut quis nescit, primo subiectum fuisse legi Moysi?
Ibi que partes omnes impleuisse? Aut quis contendat non contensisse iis
qui ipse docebat discipulos suos? Certe, Paulus 12. ad Hebreos, vocat
eum ἀρχὴν τῆς μίστης; & est ἀρχὴ non qui aliis ostendit quid facien-
dum, sed qui primus operi manum admouet. Itaque significat Paulus,
Christum ipsum primum tota sua vita expressisse fidei nostræ professio-
nem. Quod si est, tum sane oportet eum ipsum aliquomodo fidem habu-
isse. Itaque Lombardus lib. 3. dist. 26. concludit Christum non habere fi-
dem, tamen concedit credidisse.

V. De fiducia, quid dicam? Certe Petrus Christo tribuit illud Psalmom
16. Caro mea requiesceat in Ipsi, quoniam non derelinques animam meam apud
inferos: nota mihi facisti vias tuas: replebis me iucunditate in conspectu tuo. A Et.
2. Vbi non andum. Illud Septuaginta Interpretum ἡγεμονῶν in' iāmīdē es-
se pro Hebreis vocibus קבָּתָה לְבָטָח, interpte Pagnino & Munstero
habitabit confidenter: Aria Montano, habitabit in fiducia. Præterea, si verum
est, eum, qui orat hæsitando, non exaudiri: constat autem & orasse, & ex-
auditum esse Christum, quis dubitet Christum orasse cum si fiducia? Quid?
Pater, gratias ag' tibi, quod me audieru. Ego vero scribam me semper à te audi-
ri, Ioannis 11. Id nonne magnam fiduciam significat?

VI. Deterrita fidei significatione, consentimus non congruere Christo: Cui nulla opus fuit iustificatione, nulla peccatorum remissione, nulla imputatione iustitiae, nullo denique mediatore: quæ nostræ electorum fidei partes sunt præcipue & necessariae: vt eas qui non habeat, etiam fidei carere dicatur. Nec contra quicquam aut dixit, aut scripsit Calvinus. Imo Hayus manifeste ludit, qui non attendit Calvinum admodum diserte mentem suam explicasse, vt nemo dubitate possit, quin intellexerit, fiduciam illam, quam secundo loco nominauimus. Verba sunt, *Ne tantum illum quidem deflexit à bonitatis eius fiducia.* Instit.lib. 2. c. 16. legm. 12. Et in Harmonia Euangelistarum, *Fixam tamen sibi esse fidem eius in corde, qua Deum presentem iniutus est.* Etrursus, *Fide retinuerit Deum sibi esse propitium.* Et iterum, *In hoc diro cruciatu, illæsa fuit eius fides: ut je dere iustum esse deplorans, propinquuo tamen Dei auxilio consideret.*

VII. Hec cum ita sint, ruunt per se obiectiones Iesuiticæ. In prima: primo, si ratio concludit nullam fuisse in Christo fidem: concludit etiam nullam fuisse spem. Nam certe spes non est in eo qui fruitur. At ne o ha-
etens dubitatur in Christo spem dicere. Sic Psalmus 16. caro mea requiescat
in se. Eusebius ultimo c. 10. de Demonstratione, & τοῦτον δέξαρης ἐπειδὴ εἰς εὐ-
καιρόν. Non nunc primum incipiens sperare in te. Sic enim Christum indu-
cit loquentem ad Patrem. Deinde, quod dicitur Christi animam ab ipso
conceptionis momento fuisse in gloria, indiget explicatione. Nam alio-
quin quis nescit illud Pauli 1. ad Timoth. 3. Sursum receptus est in gloriam?
Et illud Christi Ioaonis 17. Glorifica me tu Pater apud temet ipsum, et in gloria,
quam habui apud te prius quam hic mundus existaret. Et ne prolixior sim, no-
runt Catholici Christum a simili fuisse non naturam tantum humanam, sed
etiam eius naturæ infirmitates, hinc ~~nam~~, non tantum quæ corporis sunt,
esurire, sitiare, fatigari, flere, & similia: sed etiam quæ animæ, mortem de-
precari, timore affici, tristari, moerere. Ioann. 11. οὐδὲ μήποτε τὸν αὐτὸν γέλα, &
ἰνεγγίγιαν τὸν, infrenuit spiritu & turbauit seipsum; quæ vehementissima
commotionis indicia sunt: & vetus glossarium habet βεμάνης, frenido.
Et Matthæi 26. Καὶ ἦν πόσις ἐπὶ τὸν ψυχὴν τοῦ Γαβριὴλ, unde quæ tristis est anima
mea usque ad mortem. Atqui hæc omnia aliena sunt à perfectione gloria.
Itaque etiæ Christi anima, imo & corpus, ob unionem illam personali-
m, vere dici possunt iam tum eucta in infinitam gloriam: tamen, non est ne-
gandum nondum recipia inducta fuisse in illam gloriam: qua nobis signi-
ficatur perfecta beatitas, cui addi nihil possit.

VIII. Quod si est verum, ut est, quomodo poterit Christo indignari fides; primo & secundo significatur? Maxime, cum constet opus habuisse etiam Angelorum consolatione, Lucæ 22 Itaque, quod dicitur de gloria Christi, distinguitur, vel de gloria unionis, vel de gloria perfectæ beatitudinis. Ad illam concedimus eucclam esse animam Christi ab ipsa conceptione: sed ad hanc, tantum post resurrectionem. Cum ista non constiteret fidem concedamus sane: sed cum illa, constanter negamus.

IX. Ad secundum argumentum. Qui fidem habet, non videretur esse
essentiam diuinam: distingo fidem: Si sumitur tertio modo, concedi-
tur: ut si primo, aut secundo, negatur. Ad tertium: responsio patet ex iis
quæ explicata sunt de beatitate Christi. Itaque, nihil erat cause, cur tam
scueri Calumnam, & reliquos Catholicos, Hayus inuecheretur.

C A P. VIII.

*De Scientia animæ Christi, Status
questionis.*

¹ DE Scientia animæ Christi disputatione Bellarminus liber. 4. de Christo, capitib; primis quinque. Feuardentius Theomachia liber. 4 c. 7. Bocarius Demonstrat. tomiz. lib. 2. Examinis i. c. 17. Gregorius de Valentia Commen. tomo 4. disp. i. quæst. 15. punct. 1. Vasques in 3. Thomæ, disp. 51.

11. Pronunciat Bellarminus Christi animam, ab ipsa sui creatione, ita tepletam fuisse scientia & gratia, ut nihil postea didicisset, quod ante hunc erit. Gregorius de Valentia. Christum nunquam laborasse vlla ignorantia priuatius; sed per aliquam scientiam creatam sicut semper omnia

quorum ignoratio aliquam imperfectionem hominis denotat. Feudantius nullam, vel cum Angelis, vel cum hominibus ignorantiam communem assumpsisse.

III. At Catholici contra afferunt, dici posse Christum aliquid aliquando ignorasse. Sed scientiam distinguunt in increatam, & creatam. Quia enim confiter persona Christi duabus naturis inter se suis proprietatis vero distinetur: ideo increatam scientiam Deitati propriam in Christo omnes agnoscunt, adeo vero & proprie infinitam, ut neque aperi villa ratione minuive potuerit, possit ve: cum Deitatis natura sit omnino immutabilis.

IV. Creatam vero, quæ in mentem creatam cadat, nulla ratione infinitam dici posse: nisi quomodo infinitum dicimus interdum per *κανόνας*, id cunctis terminos assequi nequeamus, ut numerum, ut tempus, & si quid simile. Nam ceteroquin certum est, nec creatum qui cunctum infinitum esse posse, nec ullam creaturam capacem infinitæ qualitatis.

V. De creat Scientia nunc quæstio est. Nec quidem, vtrum fuerit aliqua in Christo: sed quomodo. Nam consentiunt ipsi Papistæ fuisse aliquam. Distinguitur autem in infusam, & acquisitam: Hic nodus est quæstionis. Nam nos contra censemus, & vere dici aliquid aliquando nescisse, quum esset adhuc non glorificatus: neque inde derogari quicquam a personali redemptori, aut redemptionis mysterio. Querimus tamen, & merito, iuriam nobis fieri à Bouerio, calumniose nobis imputante hoc axioma: *Christum crassam multarum rerum ignoratione laborasse*. Etenim crassam ignorationem, quis nostrum dixit? At qui scimus eam dici crassam quæ neminem excusat à peccato. Nosne ergo sic dicete Christum ignorantia laborasse, qui in Christo ne umbram quidem agnoscimus peccati? Aequi impudenter Feuardentius, nos Christo omnem nostram ignorationem impingere: unde concludi nec Patrem, nec Matrem, nec bonum, nec malum, nec Deum, nec Angelos, nec cœlum, nec terram, nec seipsum agnouisse. Horrenda imaginatione. Verum, non hoc solum loco cucullionum impudentissima sunt mendacia.

C A P. IX.

*De scientia animæ Christi argumenta
Papistica è Scriptura.*

I. Argumentatur è Scripturis Papistæ. Primum Bellarminus ex Esai
c. i. Egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & re-
quiescat super eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientie. Item Psalmo 45. Vn-
xit te Deus tuus. Esaiæ 61. Spiritus Domini super me, eo quod unxerit me. A&
4. Conuenierunt ergo aduersari sanctum puerum tuum, quem unxisti. & 10. Vn-
xit eum Dominus Spiritu Sancto & virtute,

11. Respondeo: primum illum ex Esa: a locum nihil pertinere ad animam Christi scientiam, sed ad unionem hypostaticam duarum naturarum Hieronymus, *Super hunc igitur florem, qui de trunco & radice Iesse, Maria Virgine, repente consurget, requiescat Spiritus Domini, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem diuinitatis habitare corporaliter*. Procopius, *τανακτική σε αγάθης φροντίδα πολλαχού ἐχον τὰς εὐηγέρειας, οὐχὶ οὐκτὸν πλευράφορος φρόντιστος θρόμῳ φροντίσεις οὐδὲ οὐ πολλοῖς εὐηγέρειας διέσπαται τοῦτον αὐτοφροντίσεων ιδία*. Requietetur in eo dicit *Spiritus Dei*, cuius multe sunt facultates: non quod fuerit nudus homo, *Spiritu afflatus*: sed, quia Deus hominem suscepientem sua facit ea quae propria sunt humanitatis. Nec Cyrilus aliter, *Dicimus prophetam in hoc praeconio suo artificium sic temperasse, ut non hominem nostrum nobis inducat Iesum, Dei Spiritu afflatum, & quasi nostri ordinis, ac conditionis esset, christatum Diauinorum partipem factum: sed potius Dei Sermonem humanam naturam assumpisse declarat, cumulatam bonis omnibus, quatenus ad ipsius naturam pertinet, etiam una cum humanitate, qua ad eum spectant velut sua & propria vendicantem*. Hæc si vera est expositio, tum vero illius locus nihil ad praesentem controversum.

III. Verum tamen non negem referri posse ad effectus Spiritus in humandom naturam: quomodo etiam nostri interpretantur, ut Calinus Ursinus, Borghaus. Et verisimile est describi à Propheta dona effusa in Christum, quibus aptius efficieretur tanto muneri, quantum id erat cui destinabatur.

IV. Iaque, iam respondeo, tum huic loco, tum reliquis additis, insidentiam illam Spiritus, &unctionem pertinere ad infusam gratiam: non autem ad acquisitam. Neque significare omnem omnium rerum scientiam: sed eorum, sine quibus non posset constare eius officium: sive ad illum natorem referantur intellectus, sive ad sanctificationem voluntatis. Nihil ergo obstare, quominus & non sciret anima Christi omnia, a singula, tum praesentia, tum futura: & ramen vincta Spiritu Sancto, id est gratia infusa omnino, perfecteque implera.

V. Iraque Thomas, et si dixerit illis Esia verbis comprehendendi omnia cognoscibilia, tamen postea contrahit ad ea, quae ab homine cognoscere possunt. Locus est art. i. quæst. 19. part. 3. Potentia animæ Christi fuit redacta in actum secundum hanc scientiam diuinitus inditam, & ideo secundum eam anima Christi, primo quidem cognovit quacunque ab homine cognosci possunt per virtutem luminis intellectus agentis; sicut quacunque pertinent ad scientias humanas. Secundo vero, per hanc scientiam cognovit Christus omnia illa, quae per revelationem diuinam hominibus innotescunt: sive pertineant ad donum sapientias, sive ad donum Prophetie, sive ad quocunque donum Spiritus Sancti. Omnia enim ista abundantius & plenius ceteris cognovit anima Christi. Non igitur omnia absolute: sed tantum ea, quæ homini cognoscibilia sunt, vel per vim intellectus, vel per revelationem. At nunquam homini possunt omnia simpliciter esse cognita. Ergo, neque Christo. Et certe idem Thomas art. quæst. præced. *Animæ Christi nullo modo comprehendit diuinam essentiam.* Quis ergo negabit eam aliiquid ignorare? Nisi forte ea etiam sciat, que non villo modo comprehendendat.

iam sciat, quæ non villo modo comprehendat.

Neque enim necesse est ab initio suæ incarnationis scisse turrem Siloe casuram: aut cædem Galilæorum inter sacrificandum: sed suis tandem temporibus singula. Itaque vñctio quidem facta est ab ipso conceptionis initio, sed eius vñctiovis actus dispensati per temporum momenta: simul etiam per obiecta varia. Salmeto in 1. Ioannis disp. 17. Vnctio Spiritus disponit facultates ad diuinam videnda, & animam ad lumen capiendum.

VII. Secundum argumentum Bouerii est, ab iis locis, vbi dicitur scisse omnia: Ioan. 1. 6. Nunc scimus, quia seu omnia, nec opus est tibi, ut quis te interroget. Et 1. 8. Sciens Iesu omnia, qua euentura erant super eum. Et 6. Sciebat ab initio Iesu qui essent non credentes, & quis traditurus esset eum.

VIII. Nihil difficile: nam in primo loco non significatur infinita scientia, quae omnia actu comprehendat absq; excipiione Quomodo neq; ita, quae cum legimus. *Vas unitio*nem habet a sancto illo, & nos esse omnia. Nam quis hic expliceret absolute omnia? Imo Lorinus, *Salutinecessaria & utilia: nominatio*m quae sunt credenda de Deo, & Christo. Salmo, Intelligit per Synecdochen, illos scire & nosse omnia, scilicet saluti necessaria & utilia. Bene est. Constat scire omnia, non semper infinitam cognitionem denotare.

I. In reliquis multo minus laboris. Nam quæcum dicitur cognoscit Christus, non sunt omnia quæsciri possunt; sed ex multis pauca: omnia, quæcuncta sibi essent: & qui non credentes: & quis traditurus es- set. Hæc vero, quanto spatio distant ab immensitate cognitionis?

X. Præterea, nusquam docetur, quomodo hæc erintur omnia: vtrū ne simul & semel ab initio, an per diuersos actus Lorinus in 1. Ioannis 2. Spiritus Sanctus datur Ecclesia doctor, ut doceat, ac suggerat omnia omnemque veritatem: non simul & semel id facit, sed quando iudicat oportunum. Et post, Nouit omnia Ecclesia, qua nosse in præsenti expedit: & que nondum reip̄a nouit, nosset autem aliquando, nosse nunc dicitur, quia in potestate eius est ut noscat. Sic constat rursus, scire omnia dici ambigue, vel quomodo Deus scit omnia, ita ut nihil vñquam didicerit: vel, quomodo creatura scit, nempe multa successiue, ac repetitis actibus, siue iofusæ scientiæ siue acquisitiæ Non tantum enim, exempli gratia, successiue acquiuntur Logica, Astrologia, Arithmetica, ita ut qui nunc eas omnes complexus est, tamen ol. m. nonnisi Logicam cognoverit: sed etiam Reuelatio dispensari solet varie. Hi autem loci, et si dicant, Christum scisse, siue plurima, siue omnia, tamen non dicunt scisse semper, scisse simul & semel.

C A P. X.

*De scientia anime Christi argumenta Papistarum
ex Patribus.*

IN Vno argumentantur ex Patribus, & quidem laxissime Bellarmino: quem si dixeris nullo prorsus iudicio versari in veterum monumentis, non est quod verear ne quid dictum sit eo indignum.

11. Citatur apud eum primus Eusebius lib. 10. Demonstr. c. vlt. qui ex iis verbis Psalmi 22. *De ventre matris mea Deus meus es tu*, deducit Christi animam in utero Virginis perf. Et si hanc cognitionem habuisses: imo & Deum vidisse, cui cognitioni nihil possit addi, *Cum*, inquit, *adhuc intra collam gestantur me in utero laterem, te tamen Deum meum videbam*. Et aliquanto ante. *Putabar ut reliqui hominum infantes, imperfectus esse, et abusque usurrationis: non autem eram talis, licet mihi cateris hominibus simile esset corpus.*

IV. Hoc loco contendo nihil agi specialiter de anima Christi: nihil de eius scientia acquisita. Non agi de anima, sed de tota Christi incarnationi persona, habita ratione Deitatis, tum agnoscet qui quis non stupidus, tum probatur his argumentis. Primo, quia cum de quo sermo est, negat Eusebium esse *duabus & sexi* vulgo *æqualem*, quod de Christi humanitate nemo unquam dicat Catholicus: quem esse factum nobis similem, atque adeo *episcopos*, secundum carnem, solemnis est Ecclesie confessio. Secundo, quod enim dicat in carnis permissione *duobus & sexi* id est inconfusum, imperurbatum, interprete Donato Veronensi Tertio, quod non impermixtum dantaxat, sed etiam *duobus & sexi* *et* *autem* *et* *de* *negro* *der* *pus*. Quæ omnia ei homini secundum carnem conuenire non possunt. Itaque hunc hominem sic Deum vidisse ait, quomodo Ioannis 1. Deum nemo videt unquam: *unigenitus ille Filius, qui est in sinu Patris, ille nobis expositus.* Et

6. Non quod Patrem uiderit quisquam, nisi sit qui est à Deo, hic videt Patrem, soli enim consubstantiali Filio Pater uisibilis est, & nullus prater eum alijs inquit Cyrilus in Ioannem lib. I. c. 2. Et li. 3. c. 8. Quomodo tigitur sic uerum nullus Patrem videt, nisi sit qui est à Deo, & nihil id penitus esse prater Filium intelligimus, non erit ultra omnem creaturam Filius? Quomodo si omnia sint ex Deo (vtrah Paulus) nec quisquam prater Filium Patrem videat, non erit ipse quodam alio modo ex Deo, quam creature, id est, ex substantia ipsius Patri? Si enim ita non est, quamnam ob rem, cum omnia sint ex Deo, ipse solus idcirco, qui ex Deo est, Patrem viderit: Ex his patet agi ab Eusebio de Christi scientia increata & infinita, quæ per gratiam uincionis hypostaticæ hominis Christi scientia dicitur. Itaque locus hic ad hanc contiouersiam non pertinet.

V. Eusebius subiicit Ambrosium libro 5. de Fide cap. 7. qui cum proposuisse: quorundam sententiam asserentium Christum , ut Deum , omnia scisse , non vero vt hominem , quia scriptum sit , Proficiebat sapientia subiecit . Hac tamen alii dicunt: ego autem multo magis arbitror , quod Filius , qui cum hominibus conuersatus est , Et hominem egit , Et carnem suscepit , nostrum assumptum affectum , ut nostra ignorantia nescire se diceret , non quod aliquid ipse nesciret .

VI. Respondeo, Ambrosium disputare contra Arianos, qui tum Filio Dei, tum Spiritui Sancto, ignorationem affingebant, ut vtrumque inferiorem Patrem constituerent. Itaque contra prolixè probare, Dei Filium, verum Deum, nihil ignorare. Quos enim (inquit) alios, nisi specialiter Arianos Propheta condemnat, qui dicunt, quod Dei Filius nesciat tempora Canos? Non enim est aliquid quod ignoret Deus. Est autem Deus Christus, & Altissimus Christus, ipso est enim super omnia Deus. Et non nullis intercedit, Quid censes de Dei Filio, utrum ex institutione, an ex natura habent scientiam? Sex ex institutione, ergo non est natus sapientia: & ex processu capit esse perfectus, nec erat semper. Quod si naturalem scientiam habet, utique perfectus in principio erat, perfectus enim Patre processit. Enido praescientia non equis futurorum. Non ergo nesciuit diem. Neque enim sapientia Dei est, ex parte scire, ex parte nescire. Nam quomodo potest nescire partem, qui fecit omnia, cum minus sit scire quam facere? Rursus, Omnia in sapientia Pater fecit, id est, omnia per Filium fecit, qui est virtus Dei & Sapientia. Sapientia autem id conuenit, ut suorum operum & virtutis norit & causas. Et ideo non potuit creator omnium ignorare quid fecit, ne scire quid ipse donauit. Nouit ergo diem quem fecit. Hec, & alia plurima, quæ diligens lector obseruabit, docent agere Ambrosium de scientia Christi: non, inquam, de scientia animæ Christi, id est, humanae naturæ distincte: Sed Christi ölas; considerati, vt in eadem persona per unionem hypostaticam vere Deus est, & homo: ac propter scientiam intelligendam, increatam, non vero creatam. Nam quo Grec. Iesus colligunt, ergo Ambrosium affirmare Christum, non modo secundum diuinam, sed & secundum humanam naturam, nulla ignorantia labores: portenti simile est in Theologo: quia non quæcunque de persona dicuntur, eadem pertinent ad utramque naturam.

VII. Porro, qui locus à Bellarmio lacer indicatur, potius quam recitatur, ita habet: Cum obicerent Arianis ignorationem illam diei illius postremi, ipseque respondisset, Christum nō nescisse, sed se sciēd simulaſſe; subiicit, Sunt tamen plerique non itatimidi oris ut ego: Malo anima timere, quam sapere. Sunt tamen plerique, eo frēt: quod scriptum est, & Iesu proficiebat etate, & sapientia, & gratia apud Deum & homines: qui dicunt confidēt, quod secundum diuinitatem quidem eaqua futura sunt ignorari non potuit: sed secundum nostrā conditionis assumptionē ignorari se, quāsi filium hominis, ante crucem dixit. Etenim cum Filium dicit, non quāsi deūlū dicit; nam ipse est, & Dominus noster Dei Filius, & Filius Virginis: sed medio verbo nostrū informat affectum, ut quāsi hominis Filius, secundum susceptionē nostrā imprudentia, vel profectus, non plene adhuc scīsse omnia crede reū. Nō est vestrū scire qua futura sunt. Eadem igitur videtur ignorare conditionē, qua proficit. Et paulo post, Hac tamen alii dicant. Ego autem, ut ad superiora redam, qui proposuerim scriptum, quod Pater dixit, foras reū rebūntur Filium mihi: quod vriue ideo arbitror possum, ut quod de hominibus loquebatur Pater, hu- mano locutus videatur affectū: multo magis arbitror, quod Filius, qui cum ho- minibus conuersatus est, & hominem egit & carnem suscepit, nostrū assū- p̄it affectū, ut nostra ignoratione nescire se diceret, non quod aliquid impo- sceret.

VIII. Ex quo perperuo verborum contextu, primo, appetat Bellarmi fallatio : qui ex verbis Ambrosii, *Ego autem multo magis arbitrii* eam cogitationem lectoibus obicit, quasi Ambrosius suam hanc sententiam aliorum sententiæ præferat: & dicat, se multo magis arbitrii Christum ita esse locutum, ex assumptione nostri affectus, quam quod distinguenda sit humanæ naturæ scientia à scientia Deitatis. Quod tamen Ambrosius non cogitauit. Nam hoc tantum voluit se, qui locum illum, *Fortasse reuerebuntur Filium meum.* sic esset interpretatus, ut Deum Patrem diceret humano affectu sic locutum : multo magis hociplum de taturum hunc locum, quem Atiani obiciebant. Itaque, non illam alterius interpretationem sententiæ acquiescit: vt sensus sit, malle se verba illa intellegere *versus humanos*, de tota Christi persona, quam distingue humanitas rem à Deitate.

IX. Deinde, hanc ipsam nostram distinctionem, ideoque, & sententiam, de scientia animæ Christi, ex hoc eodem loco discimus, iam Ambrosii saeculo. probaram Catholicorum plerisque. Nam quis credat ab hereticis fuisse, ut non saltem aliquo verbo indicaret Ambrosius? vt non etiam refutaret? At neutrum: Ergo, erat ea sententia Catholicorum; & quidem, ne ab ipso quidem Ambrosio improbata. Nam paulo post docemus ex aliis eius locis etiam probati.

X. Gregorius Nazianzenus oratione in Basiliūm , Profectus sapientia , non , ut incrementum aliquod acciperet : cum ab initio , De minus gratia , sapientiaq; absolutus esset : sed , quod hac hominib; ignar;is paulatim apparerent . At ne hunc quidem locum sinecere Bellat- minas

LIBER QVARTVS, CAP. X

6

minus recitauit: nam illud, hominibus ignariis, nusquam est, c. vii. cap. 10. οὐδὲ τοιούτοις, φονοῖσιν, ὀπέρη ιλλίκει, οὐτανὴν τοιούτην λαμψάνην αὐξηντον τὸ δόγμα τοιούτην μάστιγον τοιούτην παραγγείνεσθαι, καὶ παρεκφεύγειν. Ille enim proficiebat, inquit, ut etate, sic etiam sapientia & gratia: non quod ista in eo augmentum sumerent: quid enim perfectius eo, qui ab initio perfectus erat? Sed quod paulatim nudarentur, & apparerent. Et vero absurdum nihil: non enim de scientia animæ Christi loquitur, sed de scientia Christi, nimirum, quia eius est *τερπελός*; etiam illa sapientia, quæ ab initio est perfecta: id est, Deicitatis. Nam de anima quidem, proximo c. videbimus, quid Gregorius senserit: *Quis autem nesciret Deitatem esse in Christo non continuo exercuisse, aut demonstrasse?*

XI. Hieronymus in caput II. Esiae, in Christum ex Maria conceptum, descendisse Spiritum Sanctum, non per partes, ut in alios sanctos, Sed iuxta Euangelium Nazarenorum, inquit, descendis in eum omnis fons Spiritus Sancti. Et in illud, Mulier circumdabit virum, Hierem. 31. Absque viri semine inquit, absque ullo coitu, foemina circumdabit virum gremio uteri sui, qui iuxta incrementa quidem etatis per vagitus, & infantiam proficere videbitur sapientia & etate: sed perfectus vir, in utero Virginis solitis mensibus contingebitur.

XII. Respondeo, priorem locum referendum ad gratiam vnionis. Sunt enim haec verba contigua iis, quae paulo ante retulimus in explicatione loci illius Esiae, Quia, inquit, in ipso complacuit omnem plenitudinem dimitutum habitare corporaliter: nequaquam per partus, ut in ceteris sanctis, sed iuxta Euangelium eorum, quod Hebreos sermone conscriptum legunt Nazarei, descendat super eum omnis fons Spiritus Sancti. In altero loco sensus est Hieronymi, et si Christus videatur, id est, re ipsa percipiatur proficere, tamen perfectum virum fuisse. Non enim hoc loco videbitur, illud est, quod alias saepe existimat, cum id ipsum re verum non sit: nam quomodo id ipsum ad ætatem referat? Vere enim, & re ipsa crevit ætate, quemadmodum cæteri omnes homines, non vero tantum dominus. Perfectus autem vir, quidni dicatur is, in quo iam tum essent omnes thesauri sapientiae? Scilicet, tum increatae, tum inspiratae?

XIII. Athanasius contra Arianos sermon. 4. simpliciter negat, Christum in sapientia profecisse, *Est ne ille homo, ut vulgus hominum, an Deus humanitate & carne induitus?* Quod si vulgaris est homo, esto, ut pro conditione aliorum hominum profectus capiat: at istiusmodi est Samosatensis sententia, quam vostanto animo & ope fonetis. Et hanc de Deo præcipue loquatur, tamen quum solum admittat profectum, quoad externam demonstracionem sapientiae: & simpliciter neget Christum, interno profectu vlo modo auctum esse, satis aperte significat se loqui etiam de Christo, qua homo erat.

XIV. Atqui Athanasium Vasques in iis Patribus numerat, qui contra senserint Item Maldonatus, & Toletus, commentariis in Luke 2. & sane constat loqui de Christo, quatenus Deus est, ac proinde de eius sapientia increata. Id pater, primo, quia opposuerant ei Ariani tum alios, tum hunc locum de profectu, ut negarent Christum esse verum Deum. Non ergo de anima Christi quaestio erat. Secundo, quia praecipua solutio, cui praecipue insistit, est, sollicite distinguendas esse duas in Christo naturas: & locos Scripturę varie interpretandos, ut alij ad humanam referantur, alij ad diuinam: in illis autem numerandum illum de ignorantione ultimi diei. Tertio, quia hoc ipso loco à Bellarmino citato, se ipsum Athanasius satis explicat sequentib. veribus, q̄ Iesuita fugit describere. Nā statim sequitur, ei dicit in oratione proclamante, ἐπειδὴ τὸ τέταρτον ἀληθές, ὃ λόγος Θεοῦ στόχος ἐζήσατο, ἐπειδὴ τὸ πέμπτον, ποιεῖ ἐξ αὐτοκροτίας, ὅτου Θεοῦ τέλος ἡ πάτηση αὐτοῦ, ὃ γένεται στὸ πέμπτον; αἰτεῖται δὲ τὸν πατέρα, ἢ αὐτοκροτία τὸ πέμπτον ἐν ἑταῖροι, Πατέρος, να δοτεται φερετέλη; Si autē Deus est, carnem gestans, quod quidem re vera est: ἐν sermo caro factus est, atque Deus cum esset, in terram descendit) quemadmodum proficiuntur habent, qui aequalis est Deo: Aut unde habuit crescere Filius, qui semper est in Patre? Nam qui semper est in Patre, non proficit. Quid enim est ultra Patrem, ut inde proficiat? ei αὐτορωτός θεοφόρος, αὐτοκροτίας, δηλωτὸς τῆς αὐτοκροτίας αὐτορωτός, αὐτοληπτός, εἰ μέντοι οὐ τούτος, εἰ αὐτοί τοι τελεθόστας αὐτῷ γένεται, οὐ αὐτοὶ τοι πάντοι τε, εἰ λόγοσιν αὐτοκροτίας, τοι μετέντελθεισι λόγοι η στοίχεια, καὶ τοις εἰδώλοις; τοιαὶ γάρ εἰσιν οἱ λόγοι: Si cum factus est homo, tum proficit, manifestum est imperfectum fuisse, priusquam homo fieret, Et carnem ei perfectio- nu cuius am fuisse, potius quam ipsum carni. Et rursus, si cum sit sermo, proficit quid fieri potuit manus, quam Verbum, & Sapientia, & Filius, & Potentia? Hac enim omnia est ille sermo Haec, & alia;

proficiebat.

Filius: immo rursum ostendit, Sermonem factum esse carnem: & sicut dicimus, carne non passum, carne esurisse, carne fatigatum: sic etiam merito dicatur carne professa. Fuit enim profectus, Sermonis non seiuncti separataque, qualis est que dicebamus. Erat enim in eo caro proficiens, atque eius esse dicebatur: quod ipsius rursum factum, ut humanus profectus securus esset ab societatem Sermonis. Nostigitur, aut Sermonis profectus erat, aut caro ipsa sapientia: sed sapientia corpori fuit caro. Propterera, ut pradiximus, non proficit sapientia ipsa per seipsum, quatenus erat sapientia: sed humanitas in sapientia proficiebat, paulatim superergere diens humanam naturam.

XVI. Augustinus lib. 2. de peccatorum meritis & remissione, c. 29.
Quam ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo Verbum caro factum est, ut habentes in nobis: nec illam, ipsius animi infirmitatem in Christo parvulo fuerim suscipitus, quam videmus in parvula. Et infra, Secundum quia in eo erat similitudo carnis peccati, mutationes acutum perpeti voluit, ab ipsa exorsus infantia. Quibus verbis, etate solum profecisse Christum significatur, non autem in anima dotibus. Præterea de Trinitate libr. 15. c. 26. absurdissimum dicit, Christum, alio tempore accepisse Spiritum Sanctum, quam in ipsa conceptione.

XVII. Sed de posteriori loco, nulla est controversia. In priori, non potuit Iesuita suarum artium obliuisci. Truncato enim loco, sententiam occultauit Augustini. Nam is loquitur, non de ignorantia in vniuersitate, sed de ignorantia peccato infecta, quam miserabilem appellat. Per hanc inquit, etiam cum motibus irrationabilib. perturbantur, nulla ratione, nullo imperio, sed dolore aliquando, vel doloris terrore cohibentur, ut omnino videas illum inobedientia filios, qua mouetur in membris repugnans legi mentis, nee custulatio, conquecit. Hæc vero de Christo abicit, ut non sponte profiteamur; sed non sequitur, si non fuit ignorantia cum peccato, ut nulla prorsus fuerit quoque modo.

XVIII. Cyrillus Thesauri lib. 10. c. 7. aperte dicit, nihil additum Christo, etiam si legamus eum profecisse sapientia & gratia. Et in Ioannem lib. 1 c. 17. *Quia magis eum in dies homines admirabantur, illorum potius de Iesu opinio, quam illius perfecta crescebat gratia.*

XIX. At Cyrillicus de sapientia creata, nulla verba sunt: sed de in creatâ, quam hypostaticâ Christus habet propter visionem naturarum. Itaque in Thesauro, *Quod si aequalis Deo est, ut Paulus affirmat, & tamen proficiebat, maiorem iam patre secundum nos dicere eum necesse erit; quod ab iurisfictum est.* Quam igitur perfectus sit, & perfecti Patri Filius, propter incarnationem dictum esse istud accipias. Nam si ut Verbum factus homo, profecit: non ipsi nobis profuit: sed magis caro, quam assumpsit, profectum sibi artulit. & ad perfectionem imperfictum conductus in Ioannem disputat, nihil Verbo propter incarnationem decessisse, *Quamuis inquit, Verbum caro factum sit, non tamen infirmitate carnis superatum est, nec de priscâ maiestate, atque Omnipotentiâ decidit, quoniam homo factus est.* Et postea occupans obiectio, *Sed si plena est, inquires, gloria eius & veritate, quomodo sapientia, atque gratia profecisse, apud Lucam scribitur? Obiectio erat igitur, non humanitatis Christi naturam impetens: sed Deitatis maiestatem; pro Arianorum more. Itaq; soluit. *Sed non ut verbum & Deus profecisse intelligitur: verum, quia magis eum in dies homines admirabantur, illorum potius de Iesu opinio; quam illius perfecta crescebat gratia: ut magis in dies cognoscentes, magis illum procedere, ac gratia crescere arbitrarentur.* Recte sane. Nam illa increata Sapientia, non potest dici Christus creuisse, nisi quantum scie populariter Deitas quasi exserebat; ut hominib; innotesceret. Non sequitur tamen anima Christi non profecisse in sapientia acquisita.*

XX. Gregor. magnus lib. 8. Epist. 42. Et Sophronius in Epist. ad Ser-
gium, quæ est in actione 11. sexta Synodi, damnant Agnoetas. Respon-
deo : Agnoetas insultasse in Christi Deitatem, Rabanus de institutione
Clericorum lib. 2. c. 58. Et Isidorus Originum lib. 8. c. 5. Agnoita (sic enim in
legendum) & Tritheita à Theodosianis exorti sunt : ex quibus Agnoita, ab i-
gnorantia dicti, quia peruersitati, à qua exorti sunt, id adiiciunt, quod Christi
Divinitas ignoretur futura, que sunt scripta de die & hora nouissima : non recor-
dantes Christi personam in Esaiā loquentis, Dies iudicij in corde meo. Itaque
Gregorius, eadem, quam notat Bellarminus Epistola, Quisquis Nestorianus
non est, Agnoita esse nullatenus potest. Nam, qui ipsam Dei sapientiam fa-
tetur incarnatam, qua mente valet dicere, esse aliquid, quod Dei sapientia igno-
ret? Sophronius etiam à Themistio ita agnoscantiam Christo affingi do-
cet, ut cum purum hominem efficiat.

XXI. Itaque, quod Nicophorus lib. 18 c. 50. & Leontius libro de Se-
ctis, asserunt hos Agnoetas asseruisse Christum ignorare diem iudicij,
quatenus homo: mirum est qui acciderit. Nisi forte verum sit, quod tum
Iunius, tum Tilenus admonent, duo fuisse Agnoetarum genera: quod e-
go tamen nusquam reperio. Itaque crediderim potius & Nicophorum, &
Leontium deceptos fuisse. Alias, quis intelligat ex iis vocibus, hoc est ea
assertione colligi, alterius naturae Patrem esse, alterius Filium? Vnde me-
rito damastris sunt Agnoetae. Non tantum enim Filius aeternus seit omnia:
sed etiam omnino credendum eam scientiam esse hominis Christi, hoc
est, eius ipsis personae, quem homo est. Itaque, non tantum ab aeterno
Christum seitisse omnia, & ante incarnationem, sed etiam incarnarum?
Quod qui negat, fieri profecto non potest, ut non sit Nestorianus, aut cer-
te Arianus: cum vel Filium, qua Deus est, neget aequalem Patri, cum A-
rio: vel cum Filium neget, viam personam esse cum Filio hominis, id est,
propter incarnationem. Sed haec nihil ad Catholicos.

XXII. Damascenus lib.; Orthodoxa fidei. c. 22. Qui proficeret ipsum dicitur sapientia, & gratia, & horum accessionem, additionemque subinde suscipientem, non secundum hypostasin adorant unionem. Nimirum, hoc illud est, quod dicebam de Agnoctis: solui ab eis Christi hypostasin, ut non sit id verus Deus, qui verus homo. Sed paulo prolixius Damascen. exhibeamus, si quis accipietur ab aliis λέγοντες σοφία τε, ἐχούσιη, ὡς τοῦ διάνυτου δεκάδρου, ἐκ τοῦ αὐτοῦ οὐ περιέχειν τὸ σπέρμα τοῦ μόνον, ὃς τοῖς ἔνσι λέγεται, οὐδὲ τοῖς καὶ τοῖς πατέρεσσιν περιέχειν. Νίστερος διὰ τοῦ μετατομοφρονοῦ ποιόρδον, χαλκεὺς ἔνσι, καὶ φύλων συνικητας περιστολοτα, μητρώοντος μητέ τὰ λίγα τοι, μητέ τοῦ πίνακος μητρώοντος τοι.

εἰς αὐτὸν τὸν πόρον, εἰς τὸν οἰκουμενικὸν πόρον τὸν τοῦ πολέμου κατεπλάνησεν πάσιν σοφίαν, τὸν γάλαν; Qui proficere dicunt sapientia & gratia, scilicet additamentum horum acquirentem, iij negant unionem factam ab ipso momento, quo caro existendi sumpsit initium, neque personalem unionem venerantur. Quin potius insano Nestorio consentientes, unionem habitualem, nudamque inhabitacionem monstrose singuli, ignorantes quaque loquuntur, quaque affirmant. Enim uero si vere unita caro est Deo Verbo, ipso statim sui initio, immo potius in eo sumpsit initium, habuitque cum eo personalem identitatem, quid nō imperfete omnem sapientiam, & gratiam possederit?

XXIII. Post enumeratos Patres (nam de Beda & Bernardo, nihil est noui quod dicam) Bellarminus rationes quasdam inducit. Prima est: non esse credibile, Verbum esse factum hominem personaliter, & non simul effusile in ipsa incarnatione in illam humanitatem omnia dona, quorum capax erat. Nam, si fecit illam animam suam propriam, ita ut vere dicatur, & sit anima Dei, quomodo verisimile est, non illam continuo sapientissimam redditam fuisse? Absurdum enim animam sapientiae aliquando insipientem fuisse.

XXIV. Respondeo, verissime statim ab initio effusa esse in humanitate Christi omnia dona, quorum erat capax. Sed valde vitiolum, quod non probet Bellarminus omniscientiam sapientiam fuisse humanitatē Christi, iam ab ipso conceptionis initio. Nos autem propterea negamus capacem, quia nostra humanitati fuit similis, assumptis etiam infirmitatibus, quae ex peccato processerunt, non tamen sunt peccata. Quia igitur ea natura est hominis, ut non sicut omnia maxime ab ipso sua conceptionis momento; ideo credimus, hoc ipsum Christo vnuenisse, sicut credimus, non locutum esse in utero: imo etiam fascis in uolatum gestumque vlnis matris; propter aetatis defectum. Porro, insipientiae vox est distinguenda: sole enim in malam partem sumi, ut non abesse aitio; haec insipientiam absit, ut Christo quisquam tribuat Christianus: sed insipientiam, si que nominari potest, simpliciter pro ignorantia, quae oē quidē in illo puro homine peccatum est; ut in Saule, cum nesciret viri essent asinæ: in Elia, cum: ignoraret quid mulier, ad pedes suos abiecta, haberet in animo: in Iacobo, qui nesciebat Deum esse in eo loco, ubi tum erat: in Paulo, qui nesciebat utrum Corinthi baptizassent aliquem, præter Caïum, Crispum, & Stephaoꝝ familiam. Si ergo insipientia hoc sensu nominari potest (quod si: ut sit raro fit sine dubio & dñs) non video, quomodo indignum sit, hanc sapientiam animam sic fuisse insipientem, id est ignorantem. Quid enim magis quam fuisse creatam, quae erat aeterni Dei anima & quam uitem esset, usque ad mortem, quae erat immortalis Dei? Quanquam adduci non possumus, ut ita loquamur, Christi animam insipientem fuisse: quia scimus insipientiae nomine, non quamlibet ego orationem significari, sed virtutem. Non sequitur autem, ut qui crescit sapientia, fuerit insipientis. Nam, quis Paulum, Ioannem, Virginem Mariam, insipientes ausit dicere? Et rame: nemo negat, eos creuisse sapientiam, quandiu in viuis fuerunt, etiam postquam eis infusa est gratia.

XXV. Secunda ratio: Sapientia & gratia Christo homini naturalis sunt, ut docet Augustinus Enchiridij c. 40. Ergo, non accepit Christus illam sapientiam, vel gratiam, post incarnationem: nam ideo dicitur naturalis, quia statim & a uerba illisime manauit.

XXVI. Respondeo: Naturalem Christo homini fuisse omniscienciam, hoc est, quia eadem persona sit Deus & homo. Itaque Augustinus sic loquitur. Modus iste, quo natus est Christus de Spiritu sancto, non sicut Filius, & de Maria Virgine, sicut Filius, insinuat nobis gratiam Dei qua homo nullus precedentibus meritus, in ipso exordio natura sua, quo esse capit, Verbo Dei copularetur in tantam personam unitatem, ut idem ipse esset & Filius Dei, qui filius hominis: & filius hominis, qui Filius Dei, ac si in natura humana susceptione fieret quodammodo ipsa gratia illi homini naturalis, quanullum peccatum possit admittere. Itaque, non sequitur non proficere animam Christi in sapientia. Nam eti proficeret, tamen erat ei naturalis: nimirum, quia proficere dicitur, per humanitatis proprietatem: naturalis autem ei dicitur sapientia, per gratiam unionis hypostaticæ; quam proprietates naturalium, nullo modo, aut impediunt, aut minuantur.

XXVII. Tertia ratio: Christus homo in incarnatione cessit esse Filius Dei; ergo, tunc debuit repleti omnibus donis. Nam filius est heres omnium bonorum paternorum: nec debuit expectare Christus successione ex morte patris, ut notum est.

XXVIII. Respondeo, vere repletum fuisse Christum omnibus Dei donis, ab ipso statim incarnationis momento, sed inservit, quia de re nulla est controversia. Sed non sequi ex eo, ergo, animam Christi nihil unquam non sciuius: quia hoc pertinet ad tuum nos quovis idemque, quam in unionem saluam esse soli Eutychiani ignorarunt.

XXIX. Quarta ratio: Christus homo in ipsa incarnatione factus est caput, non solum hominum, sed etiam Angelorum, ut omnes concedunt: ergo, debuit tunc repleti sapientia gratia, & ipsa etiam beatitudine: nec enim conueniebat, ut caput esset minus ornatum, & minus sapientis quam sive membra. Respondeo: quid, si sic concludam, non debuisse ergo pati corpore, multo minus anima? Nam certe Angeli omnino nihil patiuntur: nec beatitudinis est pati: sed solutio facit, ut prius: caput fuit Angelorum, & repletus sapientia inservit.

XXX. Quinta ratio: Adam creatus est sapientissimus; ut ex eo colligitur, quod mox a creatione imposuit nomina omnibus animalibus. Ergo multo magis secundus Adam debuit in ipsa conceptione sapientissimus fieri. Negatur consequentia: quia Adam creatus est in aetate virilis: at non seruator: Adam, antequam percuti esset infirmata humana natura: At Christus assumpsit naturam illam sic a peccato infirmatam: etiā a peccato immunem. Ergo, non magis nec esset ista est consequentia, quā si quis diceret, Adam creatus est expers dolorum, ergo & Christus. Adam creatus est ita, ut statim sermonem diserte formaret: ergo & Christus. Denique Adam factus est absque illa veteri opera ergo & Christus. Ista sunt incepta: ut mirum sit Bellarminus sic inceptisse.

XXXI. Sextam rationem habeo à Lorichij fortalitio fidei, de Deo,

hæresi secunda. Ignorantia denotat quandam imperfectionem personæ. At in Christo personæ imperfectio nulla. ergo nec ignorantia. Respondere, maiorem esse falsam. Nam ignorantia naturæ est, non perfectio. Testis Athanasius contra Arianos orat. 4. *τὸν ἀρχὴν ἰδοὺ εἰς τὰ γῆς*, *Carnis proprium est ignorare*. At caro non est persona Christi; sed Beitas, quæ scit omnia: nec vlli ignorantia est obnoxia. Porro naturæ imperfectio intelligenda est, si comparetur, non ipsa humana natura ad se: nam statim perfectissima fuit Christi humanitas: sed creata natura cum increata: Tum enim dici potest, imo dici debet imperfecta: Abscensim, videntem in humana Christi natura perfectionem queramus, quam in diuina. Cyrillus de recta fide ad Reginas, *τὸν ἔγνωστον τοὔτον τὸν Θεού μετέβαλλεν*, *τὸν οὐλού τὸν ἄγεντα τὸν τῆν καταστάσεων*. Dicimus ignorare non nunquam arcana quæ in Deo sunt, neque insolens, neque alias indecorum esse creatura.

CAP. XI.

Catholicorum argumenta de scientia Christi.

I. Catholicorum sententia nititur his argumentis: Lucæ 2. *τῇ Ἰερᾷ οὐρανῷ τῷ φωτισθεὶ τῷ Χριστῷ μετὰ τῶν ἁγίων*, *Iesus autem proficiebas sapientiam, & statura, & gratiam, apud Deum & homines*. Quorum verborum sensus est, non fuisse taatam in Christo aetatem sapientiam, (*τὸν Ιησούν τὸν ἄγεντα τὸν τῆν καταστάσεων*) cum nascetur, quautam annis aliquid postea: & ut staturam, sic etiam sapientiam, & gratiam. Quod si est verum, omnino falsam est. Pap. statutum sententiam, necesse est.

II. Bellarminus responderet, Christum proficisse sapientiam & gratiam, vel opinione hominum, quibus in dies magis aperte sapientiam fuit: an: quomodo Sol, quo magis ascendit versus medium celum, tanto magis dicitur proficere in lumine & calore, non quod in se fiat lucidior & calidior, sed quia magis appetet eius virtus: atque hanc esse Veterum, Nazianzeni, Cyrilli, Damæ ceni, Theophylacti, Bedæ, Anselmi, Bernardi & aliorum expositionem. Vel quod, sicut Episcopus dicitur proficere in Ecclesia sua, luis concionibus, quando populus proficit, & doctor in lecho dicitur proficere, quando doctos reddit audidores: ita etiam Christus dici potest proficisci, quia fecit alios proficere.

III. Sed contra est, quod dicitur, *Apud Deum & homines*. Nam primo, sic proficere, ut aliis, videatur, nunquam quicquam significavit his verbis, *proficere apud homines*. Secundo, proficere opinione hominum, nihil aliud est, quam non proficere reuera: sed nulli quodammodo homines, quum putent cum proficere. At id de Deo dici non potest. Tertio, copula sit Euangelista, sapientiam, gratiam & aetatem. Non potest autem quisquam dicere, Christum aetatem, non in unum opinione proficere: neque quia alios proficere facit. Et itaque si profectus potius intelligendus est in ipsa Christi humana natura, unde Syrus interpres redidit, instaurata & sapientia sua.

IV. Instat Bellarminus, primo, construendum contextum Luca, ut sit, non, *Crecebat apud Deum & homines*, sed, *gratia apud Deum & homines*. Quia non recte dicatur aliquem proficere sapientiam, vel aetatem apud Deum & homines: eo quod res sint absolutæ, sapientia & aetas, nec aetatio pendente. Gratiam autem apud Deum & homines significare Christum ab hominibus fuisse in dies magis dilectum; & adeo receperisse signum benevolentiae. Secundo enim illud, proficere apud homines sapientiam, dici posse, quatenus, multiplicando opera sapientiae, faciat alios proficere. & ipse iam quotidie sapientior apparebat.

V. Sed hæc etiam si uera. Nam nemo non videt Grammaticam constructionem multo aptiorem esse, si generaliter illud, *coram Deo & hominibus*, referat ad verbum proficiendi; ut sit communis, tum gratia, tum aetatis, tum sapientiae. Nec in eo quicquam absurdum. Quid enim obstat, quomodo dicamus proficere apud Deum & homines sapientiam & aetatem? Et quidem sapientiam, & aetatem absolutas esse non relatas qui dixit, non vidit, qui diceret. Quomodo enim absolutæ esse possunt, & tamen dici sapientia, & aetas apud Deum & homines? Nam, aut ego nihil profici video: aut certum hoc genus loquendi, sapientiam & aetatem facere relatas. Quod si absurdum, tum longe commodius dixeris, crescere apud Deum & homines.

VI. Et tamē, quid iuuat λεπτολογεῖν, Concedimus hæc verba, *Apud Deum & homines*, non construimus grammaticaliter cum verbo proficere: immo amplius demus construimus cum gratia. Dico nihil depreri argumento. Nam, quis hanc audaciam toleret; crescere aetate, id est; non crescere, sed tantum videbatur crescere? Nam sic de Ismaele, Gene. c. 21. *Crescat puer & de Samson, Iudicū 13, & de Ioanne, Luc. 1.* Ergo, crescere etiam non addas apud Deum & homines, significat nihil putatum: sed aliquid, quod reuera ita se habeat: ut de Samuele libri 1. c. 2. *Et adolecens Samuel pergebat crescere, & gratus esset apud Iacobam, tum apud homines*. Enim vero insignis est hæc, siue sophistice, siue etiam pertinacia: hoc vocabulum, quo frequentissime Scriptura utitur, sic detorquere, ut ei sensum affingas, quo nunquam uisa sit Scriptura. Et quid lacum, rectumque sit queat, si ranta permittatur audacia? Ut quoties lib. bit, configramus ad tuum dñm? Cux non etiam non mortuum esse Christum reuera, sed quia sic videbatur, obiectant Docentes: similiter: esurire, & ascendere in celos, immo vero natum esse? nos demum feruari concludamus etiam phantasias? Apage insaniam.

VII. Gregor. Nyssenus ad Eustathia, *τὸν ἀρχὴν ἰδοὺ εἰς τὰ γῆς*, *χρεῖται εἰς ἀποτέλεσμα τὸν ἀληθινὸν φυσικὸν μετανοῆς τὸν καρπὸν*, *τοῦτο δὲ τὸν ἀληθινὸν μετανοῆς δογματικὸν τὸν τοπειακὸν μερόν τοπειακὸν πορθμὸν*, *Illiud enim progressum fecisse in statuta, & sapientia, & gratia, historicæ narrat Scriptura, ut demonstraret vere in massa nostra, Dominum fuisse generatum, ne quis locutus*

LIBER QVARTVS CAP. XI.

67

etiam indicauit, cum definit Filium iudicaturum, ὁ οὐκ εἶθεν αὐτὸς ποτὲ ἤρχεται, ἀπὸ τοῦ ἐπιστατοῦ, Ατό Filius Dei, non sit quidem quando sit futurus sed nondum fecit.

XV. Fas mihi est, cū bona Antiquitatis venerandæ venia, in hæc paulo diligentius inquirere, quæ iam Bellarmiñus non im prebare non potuit, sed leuiter tractauit suo more. Maldonatus etiam suggillauit. Primo exempla colliguntur ἀπεριστάτων. Nam certe Adam, non tum primum nouit sc̄ nudum practice, cum peccauit; sed ante sine dubio: quod ex ipso Epiphianio probatur, τυφλοὶ (inquit) τόποι ήσαν, ἔστεπτον δὲ εἰς μὲν γῆς λεπτούς, πὺς εἶδο τὸ ξύλον, ὅπερ καλλίεις φέρεται, καὶ μέσον τὸ κατεύθυντον. Non erant caci: videbant enim. Nam si non videbant quomodo cognoverunt lignum, quod esset

VIII. Ambrosius de Incarnationis Dominicæ Sacramento, c. 7. *Sensu hominum animam meam dixi esse turbatam: sensu hominis ejus iurui: sensu hominis rogaui, qui rogantes exaudire consueui: sensu hominis profeci, sicut scriptum est. Et Iesus proficiebat atate, & sapientia & gratia apud Deum & homines. Quomodo proficiebat sapientia Dei? Doceat te ordo verborum. Profectus est atatus, & profectus sapientis, sed humana & cetera. Ideo atate ante præmisit, ut secundum hominem crederes dictum. Aetas enim non diuinitatis, sed corporis est. Ergo si proficiebat atatus dominus, proficiebat sapientia hominis. Sapientia autem sensu proficit, quia à sensu sapientia, Iesus ausem proficiebat atate & sapientia. Et paulo post, *Quia* igitur implebatur, & rat non Dei, sed nostra sapientia. Et rursus, *Per quem autem sensum, Esaias dixit, Patrem puer nesciebat, aut matrem?* Scriptum est enim: prius quam sciat puer, patrem & matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariae. Sapientiam n. Dei futura & occulta non fallunt, expers autem agnitus infantia, per humanæ vitiæ imprudentiam, quod adhuc non didicit, ignorat.*

X. Fulgentius ad Thiasimundum lib. i. c. 3. Sicut carnis est etate proficere, sic est aetate sapientia, & gratia profecisse. Leontius de Sæctis actione postrema, ηγεταθλητικων αποστολων περιττην επιχειρησιαν συμβολην, και το μεγαλυτερον οντως ηγον. Scriptura de eo dicit, proficiebat etate & sapientia, nimirum discipos quod ignorabat.

X. Marti decimo tercio cum interrogatus Christus, de tempore postremi iudicij, prolixè enumerasset signa, quæ eum diem præcessura erant: ad extremum, de die autem illo, (ioquirit) ipse hora illa, nemo nouit: nec etiam Angelis celorum, neque Filius, nisi Pater. Matthæi 24. omitti: ut particula, neque Filius, sed additur, nisi filius Pater, v. facile reddatur idem sensus. Belatminus obseruat etiam in Matthæum illum, ac esse illam particulam ab Ariensis, quod se ab Hieronymo dicere sicut est, tur falsò tamen etenim Hieronymus tantum dicit in quibusdam Latinis codicibus inueniri: non vero in Graecis: postea Ariensis quosdam abutus, ut docerent, Patrem minorem esse Filium: vnde Iansenius coniuncta Matthæo sublatam. Sed ad rem: si Christus, quatenus homo, ignorauit diem & horam nouissimam, ergo aliquid ignorauit.

XI. Bellarminus responsum, quatuor colligit explicationes, quae
rom aequiscit postea mæ. Primi est à Gregorio Epist. 41. lib 8. Christum
nescire diem illum non in super sona, sed in persona Ecclesie. Secunda,
nescire, quia homo, hoc est, humana scientia, sed diuina revelatione, seu
infusione: hancque esse Gregorij eodem loco, Ambrosij in Lucæ 17. Na-
zianzenioratione 4. de Theologia: Cyrilli c. 4. libri 9. Thesauri. Tertia,
nescire practice; quomodo Adam ante peccatum nesciebat bonum &
malum. Ita sentire Epiphanius in Anchorato, Chrysostomum homilia
de Trinitate: Bernardum libro de duodecim gratiis humilitatis. Quar-
ta, nescire, ut aliis diceret. & quia eos nescientes faciebat Ita Gregorium
loco iam citato, Ambrosium libri 5. de fide, cap. 8. Hieronymum, Chry-
XIII. Non præfabor, sed describam verba Caluinii ex Harmonia Evangelistarum in Matth. 26. & quidem paulo prolixius: Frustra laborans quidam ut ostendat non hic precastioem describi, sed querimoniam duntaxat. Ego vero tamē si abruptum fuisse votum fator, non tamen dubito quin precastioem Christus conceperit. Nec obstat, quod rem impossibiliter sibi concedi poscit: quia non semper fideliū preces continuo tenore ad finem usque fluunt: non semper aquabile tempore mentum seruant, non semper etiam distinctio ordine sunt composita: sicuti nauis procellis iactata, quamvis ad portum tendat, non tamen rectum & aquabilem cursum tenere posset, ut in mari quieto. Tenendum quidem est, quod nuper dixi, non fuisse turbulentos Christi affectus, qui more nostro eius anima puram moderationem excuserent. Sed quantum ferre potuit sana & integrā homini natura, metu perculsi, & anxietate confundit, ut necesse foret inter violentos tentationes fluctus alternis votis quasi vacillare. Hac ratio est cur mortem deprecatus mox sibi frumentum iniiciat, Patriisque imperio se subiiciens, votum illud subito elapsum castigat et reuocet. Paulo post. Non igitur hac meditata Christi oratio, sed vix competit doloris subitam ei vocem extortum, cui statim addita fuit correlio. Eadem vehementia presentem colecti decreti memoriam illi abstulit, ut non reputaret in ipso momento, se hac lego missum esse humani generis redemptorem; sicuti grauius anxietas sepe caliginem oscula obducit, ne simul in mentem veniant omnia. In summa nihil absurdum est; si in precipuis non semper occurrit praesens omnium verum attentio, ut distinctus oritur.

XIV. Hęc Caluinii sunt. Quid ergo? pronunciatne Christum peccatum? Contenditne non posse excusari? Apage blasphemias plusquam diabolicas. Imo diserte tenendum mandat non fuisse turbulentos Christi affectus: non excusuisse anima puram moderationem: denique: tantos fuisse quantos caperet sana & integra natura. Et haec tam clare protestata, tam diligenter posita, non sufficient refutare putidæ Iesuitarum calumniæ: non satisfacient probis; vt sciant Caluinum certa firmaque fide credidisse omnino nullum in Christo peccatum animaduerti posse? Certe res per se loquitur, Caluinum docuisse etiam hic, istoq; momento tentatum fuisse Dominū similiter vnos, absq; vlo tamen peccato.

XV. Habent tamen quod rodant Iesuitæ: hoc magis Romani, quam Roma quod haec, quos rodere non valeat odit: at illi simul quos oderunt etiam

rodunt. Quod ergo Caluinus dixit aliquid egisse, quod corrigi debuerit, inde Bellarminus disputat, fuisse ergo peccatum. Quicquid corrigi debet, re vera peccatum est. At Christi verba corrigi debuerunt: Ergo, furent re vera peccata. Postea laborat in explicando loco, illud si possibile est: significare, si placet tibi. Sciuisse enim Christum Deo nihil esse impossibile. Et Luca 2. dixisse, Si vū transfer: Non quod ignoraret patrem nolle: sed vt ostenderet affectum naturalem suā voluntatis ad fugientiam mortem coniunctum cum omni subiectione ad paternam voluntatem: & esse, ac si diceret, Volo, vt non fiat, quod volo id est, volo voluntate delibera, quæ respicit obiectum cum omnibus circumstantis: ut non fiat id, quod ego volo voluntate naturali, quæ referitur in obiectum secundum se tantum consideratum.

XVI. Dicam de posteriori prius, quia brevius. Absit, vt hanc loci explicationem nō admittamus, verbis quidem aliis contextam, quam quibus Caluinus vsus: sed rem ynam eandemque significantibus. Neque n. alia est illa vehementia, quæ præsentem decreti cœlestis memoriam abstulit, vt ne in ipso momento reputaret se hac lege missum esse redemptorem, quam naturalis illa voluntas, quæ fertur in obiectum secundum sententiam, & absque circumstantiis consideratum. Nam mortis obiectum est, cuius circa instantia erat tunc temporis, officium Mediatoris, decreatumque Diuinum. Hanc mortem sensus naturalis, sive ἡρῷον στολὴ concipiebat tantum quatenus mortem: τὸ οὐδὲ πατέντες φίστες, inquit Theophylactus, τὸ διελιῶν ταῦτα δοκεῖ παρὰ φύσην εἰσὶ λόγοι οὐδεποτέ, τὸ οὐδὲ φύσης ταῦτα. Est enim humana natura horre mortem: propterea quod prater naturam mors aduenit: ideoque eam natura refugit. Sensus est igitur, ea verba, Transeat calix iste, pertinere ad voluntatem illam naturalem: hec vero, non sicut ego volo, ad deliberatam: sed hanc illi prævaluere.

XVII. Non ignorasse Patrem nolle: nec ad hanc questionem pertinet, & non reuocatur in dubio a Caluinio: nec negatur significare voluntatem naturalem fuisse subiectam Patri: Imo Caluinus diserte dixit, subiecisse Patris imperio. Sciuisse autem nihil esse impossibile, cur annotauit Bellarminus? Neque enim Caluinus infirmat. Quare eadem utrinque sententia est. Quod si eadem, cur Caluinus exagitatur. An quia sola verba dispergunt? Ridiculum, sed dixit saltem, præsentem cœlestis decreti memoriam ablatam. Prouidenter, non memoriam absolute ablatam: vt sit, cum omnino res quæpiam in obliuionem venit: sed præsentem, id est, ipso illo momento: vt sit, cum aliquid, quod habitu hæret actu tamen non occurrit. Quod hic Tertullian. vidit de Oratione c.4. Pater, inquit, transfer poulum istud: & recordatus, nisi quod mea non, sed tua sit voluntas. Hæc enim phrasis eum motum designat, quo reuocamus subito in mente id, quod paulo prius quasi excidisse videbatur.

XVIII. Iam ad Syllogismum respondeo: primo nunquam dixisse Christi votum corrigi debuisse: sed tantum fuisse correctum a Christo, aut reuocatum. Et quanquam verum sit, nihil egisse Christum, quod non debueit: tamen nemo non videt durius esse multo vnum quam alterum. Nam illud aliquā innuit legē, cui necesse habuerit Christus fesse accommodare, tanquam principio externo: hoc vero potest referti simpliciter ad voluntatem, cui libera fuit plurima: vt cum recte dixerit Paulus, De multis vicibus, multisque modis olim loquuntur: tamen, si quis dicat, Deum multis vicibus multisque modis debuisse loqui, non putem Christianas aures & eque toleraturas. Itaque, nullus, dubito, sic de industria Bellarminii cīpīllī, atque affectu, quod in Caluinō legerat nūsqā, vñ calumię pōdū adderet, quod accusatorib. sublestę fidei frequentissimū.

XIX. Porro, Syllogismi negatur maior. Primo enim, quis nescit correctionem esse aliquam non Ethicam, sed Rhetoritam? Atque huius esse vñ in loquendo frequencem, & nūqñ nōrūlī. Aut, quis non rideat transfigri ad peccata contra bonos mores, quæ de oratione dicuntur, eiusve ornati? Qui nescit à Rhetorit. παραποτασσει sic dici, vt nullum tamē peccatum, ne quidē aduersus orationis leges, supponatur Itaq; Franciscus Lucas in 19. Matth. exponens illud de diuite haud facile intrante in regnum celorum, Corrigit, inquit, quod dixerat: durius repetens, quod mollius auctorat. Enī in homine Papista, nec certe maiorum gentium, id ipsum, vnde in Caluinum tanta calumniarum moles.

XX. Sed obicit G. et serus, scilicet, inquit, Christus in monte Oliveti, inter sanguineos sudores rhetoritatus est, & abrupta Rhetorum sensu, oratione vñ.

XXI. Scilicet, inquam, Gretseti mirabilis imaginatio est; quæ spe rauerit, suam solam propter autoritatem, nobis absurdum futurum, qib; non placere significabit. Sed, quid si Iesuite liber nuntium remitte, re sensu cōmunitati nos propterea oportet infanire? enim vero vnde illud est Transeat calix iste, in eodem ipso agone, si non est à Rhetorica? nisi fortē noua Iesuitarum prudenter metaphoras exterminet ex agro rhetorico. Imo illud, dormite quod superest; Ironice dūsum, testibus Theophylacto, Euthymio, Franciscu Luca, Maldonato; nonnullis aliis, vnde si nō à Rhetorica? & illud ipsum huius loci: Non quod ego volo, sed quod tu vis, defectū esse notat Euthymius: Deficit n. siat nā completa oratio est, siat, non quod ego volo, sed quod tu. Denique, sciunt omnes etiam, dolori suos eloquentiae flores: & quidem tanto potentiores, quanto magis urget dolor: Adiaphores, Exclamationes, Hyperbolæ, Catachreses, Apostopesis: denique genus omne troporum, atque figuratum.

XXII. Præterea etiam Ethica correctio est, non tantum vna à malo in bonū, sed etiam altera à bono in melius. Exempli gratia, rogauit Deus Paulus, vt à se Sathanas abscederet, posterioris ad Corinthios duodecimo: an peccabat? Minime sane, alias non docuisset Christus orare, Liberanos à malo. Et tamen corrigitur à Domino: nimis, vt quam habebat voluntatem non malam mutaret; subiiceretque diuinæ voluntati longe meliori:

XXIII. Itaque Patres non cunctantur in hoc ipso negotio, aut iisdem cum Caluinio, aut certe similibus verbis vti. Augustinus in glossa ordinaria Docet eos priuatam voluntatem corrigere, & dirigere iuxta diuinam. Origenes tract. 35. in Matthæum. Dœcebat dolens de eis, Pater, si possibile est transeat calix iste à me. Rursum reuocans desiderium suum, & uidens quanta usilitate mundi totius efficiutura per passionem ipsius; dicebat, sed non

non sicut ego volo, sed sicut tu. Et paucis interiecit. Propter hos ergo quos in passione sua nollebat perire dicebat; Pater, si possibile est transeat calix isto a me. Propter salutem autem totius humani generis, qua per mortem eius Deo fuerat acquirenda, dicebat quasi recognitans: sed non sicut ego volo, sed sicut tu. Hieronymus. At tamen reuertens, Christus, in semetipsum, quod ex hominis persona irrepida niterat, ex Dei similique confirmat. Athanasius contra Arianos orat. 4. Αὐτότερος ταῦτα οὐ πέπειρται, οὐ δεῖχνε, ἐπ' Θεῷ, λογίαν μὲν αὐτὸς, φύσις δὲ αὐτῶν εἰχε δειλίους τὴν σπερτούς. Εἰ λογίαν καρκίνος τὸ τούτον θελητή την αὐτωπινήν αδενειάν, οὐ τὸ τέλον αφαίτος, ταρπάλος τὸν αὐτῶν τούτον απεις τὸν θελητὸν καρκίνον. Vtrumq; ab eodem dictum: ut ostenderet se Deum esse. Et ipsum quidem velle: at factum hominem habere timidam carnem: cuius habitatione, & temperasse suam voluntatem humana infirmitate; ut hoc ipso altera vice de leto, confidentem hominem constitueret, quod ad mortem attinet. A quasi ous dixit dum vocabulum: cuius vim Nonnius non est assequitus, cum vertit; ut mutum mortis abolito. Nam unde habet metum mortis? Sed cum hi Patres nō existimarent: se à pietate recedere, quid potuit Caluius peccare?

XXIV. Porro, qui in nescio quam speciem & qualis fabula in hoc. quicquid est, detorquent, ut persuadeant nihil re vera tale in se Christum lenisse. velim expendant grauissima Basil i Scleicensis verba in eum locum, ubi spiritus eius in gloriam regnandi adest: tunc vero Christus & euangelium suum ostendit. Contra Christopostos, tam per seipsum & fratrem suorum: Christus enim omnia a genere tota supercedens dicitur, & ad aliam causam voces non pertinet; sed propter ipsius Christus, qui non habet nisi in Christo spiritus dicitur, omnes legibus regentes res regni vestrum omnes mundanicas etenim. Et propter ipsum Christum, quod Adam peccatus in primis dicitur, non potest esse Christus regnans res regni vestrum nisi per Christum. Propter hoc ergo Christus & euangelium suum ostendit. Atque inquiet aliqui, si cipuli ad subeundam pro Christo pericula armantur gaudientes, flagrū delectati. Christus vero cum anxietate crucem excipit, eusque passionem timor precedit? Quis fit? Enim uero Christus contra viuentem auctoritatem comparat se; atque cum tyrannide non dum soluta, manus conferit. Hanc etenim infernus suum iam inde ab Adamo in hominem imperium ostentabat. At Christus mortem interficitam, tanquam mortuum aliquem, ita, qui post futuri erant, obiecit ad lucidam. Propterea ipse quidem, ut quia contra viuentem in aie confiseretur, verissime officiat Recl: non enim fixit quicquam Christus: non alienam personam induit, quasi si in theatro reges ludunt. Itaque timuit Iudeus auctor, & vere timuit. Quis ergo neget verum eum fuisse metum, cum postulauit liberari ab eo calice: & hoc ipsum, si vere, quoniam artificio tandem efficiunt, non esse agnoscendam in hoc loco *πανορθωτι*.

XXV. Sed acrius instat Stapletonus in Antidotis Euangelicis ad 26. Matchæi: accusans Caluinum, quod ponat in Christo desideria inconsiderata, vota abrupta, eademq; alterantia ac vacillantia, subito erumpentia, & placida moderatione vacua. Grauis in speciem accusatio; sed re ipsa leuis calumnia: Agam de singulis feorism.

XXVI. Inconsiderata vota nusquam Caluinus nominauit: sed orationem non meditatam. *Non fuit hæc, inquit, meditata Christioratio.* Quæ verba quid habent, quæso, indignum, aut viro pio, aut etiam Christo? Quid? Nonne Bellat minus voluntatem dillinxit iæ naturalem, & deliberatam? *Quid rufus? nonne ipse Stapletonus?* Stapletonus, inquam, ipse, hoc ipso contextu, vota, vota, inquam, quo vocabulo Caluinus utitur, similiter discernit in naturalia & deliberata? Quæ si distinctio vera est, & non potius larva, cum necesse est naturalia non esse deliberata, deliberata etiam non esse naturalia. Iam vero fatentur siue hanc voluntatem, siue hoc votum Christi, ad naturam referendum. *Quis non videret, ergo sequi, votum esse non deliberatum?* Non meditatum dixit Caluinus. Vtrum grauius? En tragediapho: *Ilmo calumniandi sycophatis.* In Caluno damnam: Sycophanæ, quod in scipis probant, vocabulis tantum immutatis.

XXVII. Mentiā, nisi ostendero reapse cotuēnire hæc Caluinī vota non mediata, cum Stapletoni votis nō deliberatis. Naturalis (inquit) voluntas dicitur, quæ fertur in rem aliquam secundum seipsum consideratam. Deliberata vero, quæ fertur in rem non solam, sed cum circumstantiis sui per intellectum propositam. Illa naturalis dicitur, quia rem in sua natura considerat: hæc deliberata, quia per discursum considerat circumstantias adiectas. Hic primum, quo igitur differt deliberatum à meditato? Nam quid, si dixero, qui rem meditator; non idem erit, cum rem considerat? Certe & meditari, & considerare opus est intellectus; tunc discursus animi: sed disertius mors consideratur, vel quatenus mors est simpliciter, & rationem habet mali, vel cum circumstantiis: ut in hoc negotio necessariam esse humanæ redēptioni, subeūdamque ei qui Mediātor esse dicit; denique decretam à Deo. Illa voluntas naturalis, quam hæc verba produnt, transfeat calix, illo modo tantum mortem considerauit, non isto. Ita Stapletonus. Quid Caluinus? Nihil est absurdum, si Christus ex communione piorum more, omisso diuini consilii intuitu, desiderium suum, quo astabat, in Patris suum depositur. Eadem vehementia presentem ecclesie decreti memoriam illi abstulit, ut non reputaret in ipso momento se hac lege missum esse humani generis redēptorem, sicuti grauius anxietas sepe caliginem oculis obducit, ne simul in mentem veniant omnia. Audin' tu iam duplēcē circumstantiam, decreti & redēptionis? Imo Audin', non simul in mentem venire omnia? Rursus. Respondeo, in eo nihil fuisse vitij, quod obiecto mortis terrore simul oblatā est caligo, ut aliis omissis, ad votum illud profilaret. Audin' utramq; distinctionis partem, Stapleton? Oblato mortis terrore: ea voluntas est naturalis, quæ morrem in seipso simpliciter considerat, ut malum peccata, nec secundum se appetibilem. Aliis omnib; omissis. Recognoscet tuam illam deliberationem ex circumstantiis, Itaq; nihil aliud Caluinus voluit, quam Christi votum naturale fuisse, non meditatum, id est deliberatum.

XXIX. Imo, inquit, cum Christus libere mortis horrorem ante oculos suos proponeret, libere quoque & mediare dixit, *Pater, si possibile est transeat a me calix iste Itaq; nullum hic votum inconsideratum, nullū abruptum, nullum subito clapsum fuit.* Præterea, duo Calvinus Christo affingit, Christi puritate indigissima. Primo, obiectum mortis terrorē. deinde ex eo terrore oblatam caliginem At Christus eum mortis terrorē in seipsum libere & voluntarie suscepit; non vero fuit ei ex improviso obiectus. *Quod si nullus terror obiectus, ergo nulla oblata caligo.*

XXX. Enim vero, inquam, quis dubitet Christianorum à Christo liberum meditareque suscepisse omnes hymenias infinitas? aut quando cotta dixit Calvinus, ò Sycophantë? Sed vos potius non vultis scire, quo sensu id dicatur. Pertinet enim ad incarnationis mysterium, ut sensus sit, Filium illum eternum suscepisse naturam humanam omnibus infinitatibus, obnoxiam, excepto peccato. Itaque quod vos singulis, humanam in Christo naturam libere & meditate eas suscepisse, hoc falsum est, neque euenquam Patribus, aut dictum, aut cogitatum. Quid enim? An nobis Christum representabitis, quam non habebat personam? ita meditate suscepisse, quemadmodum ludionem aliquam in theatro, prameritato consilio consulanten, apud se, quo gestu, qua voce, quibus lachrimis fabulam agat? Non sic, ò Papista: non sic Christiani: ~~aut~~ in tua reverentia, inquit nunc misericordia, ita que vere factus homo nobis ~~est~~ ^{est} ergo in me, ^{et} in te, non ex compo- sito, esurit, siti ei, fatigatus est, tirauit. Nihil igitur Calvinus peccauit, cu obiectum terrorem oblatam caliginem dixit. Et vos, vos, inquam, qui augebatis, cum diceretis metum mortis fuisse Christo naturalem? nisi forte vos iam tandem, nouo more, motus nullos naturales in homine distinguuntis a voluntatis.

X X XI. Iam abruptum votum, quare, aut quo sensu reprehendunt, cur non docent? Certe abruptam orationem negare nemo potest. etenim pendulus sensus; Si possibile est, ut transferatur me calix iste: quis enim non videt subintelligendum aliquid, ut perficiatur sententia? & paulo ante docuit Euthymius. Aut quis grammaticulus nescit eas operationes abruptas solere dici? & hunc sensum postulant verba Caluini frustis laborant quidam, ut ostendant, non hic precatonem describi, sed querimoniam duxat. Ego vero, tamquam abruptum fuisse votum fateor: non tamen dubito quia precationem Christus conceperit. Non potest enim alter intelligi differentia inter querimoniam & precatiōnem: multo minus, quomodo sit precatio, quam si cum Caluino dicas, fuisse votum abruptum. Itaque, nullum hic virtutum notari potest: sed tantum māgis rhetoricum, quo sit, ut in magnis animi motibus, non perficiamus sententiam.

XXXII. Alternantia, ac vacillantia vota, sic Caluinus nominavit
Quantu serre posuit sana & integra hominis natura, metu perculsus & anxie-
tate confusus fuit, ut necesso foret inter violentos temptationum fluctus alterna-
votis quasi vacillare. Primum alterna vota quis negat? Quid non ipse ta-
pleteous longe durius dixit, duas has esse voluntates in contraria tenden-
tes? Deinde Caluinus, non absolute vacillare dixit, sed quasi vacillare: ut
fateatur, nō satis proprium vocabulum, quo nostrotum animorum in-
constanti significari solet, Christo tribui, sed tantum per plures. Et nihil
significauit, quam quod his verbis Stapletonus expreflit: verbum illud,
Non sicut ego volo, sed sicut tu vis, verbum esse hominis positi inter duas volun-
tates. Itaque calumniator nodum querit in scirpo. Nam Christum posuisse
inter violentos temptationum Augustus cur negat? tentatum fuisse et Aposto-
lus dixit. Atqui, inquire, oullam temptationem a seipso passus est Christus.
Imo contra verum est. Nam animi motus non potuerunt nō esse ab ipso,
& si non habuit motus animi, omnino testatus dici non potest, quo fac-
su Paulus temptationem dixit. Nam quid noui, si referas tantum ad exteriores
dolores, qui nulli imputantur ad peccatum, ne communii quidem homi-
ni? Et alioquin, cur ipse Stapletonus dicat Christum positum inter duas
voluntas? Aut, quis voluntatem nominare queat, ut non dicat fuisse ab
ipso Christo?

XXXIII. De plasida moderatione quid dicam? Malim docuisse
Iesu ta, quo nomine reprehendendā putauerit. Nos enim meminimus
Christum ipsum: ipsum, vñquam, Ch: istum dixisse: noa tantum, *Tristitia est
anima mea usque ad mortem*, Matthæi 26. Sed etiam Ioannis 12: *nunc anima
mea turbata est*. Ethoc ipsum Calvinus significatum voluit. Quis enim
nescit moderatum placidumque nimis statum opponi turbato? & ab eo
placido moderatoque statu discedere vel ipsam tristitiam? Itaque, etiam
si hoc tantum de Christo Scriptura prædicta est, nempe fuisse eius anima
tristem; sufficeret hoc vnum ad Calvini voces a blasphemia vindicandas.
Sed cum habeamus differentium illud *πένατος*, quorūsum immodestos le-
suitarum clamores timeamus? Non potest: nō potest in quam, quis esse
turbatus; & idem simul placide moderatus. Et, si potest est: turbatus ab
que peccato, potest etiam esse non placide moderatus, absque illo ramen
peccato: quod in hominibus *ψικοῖς*, vix ac ne vix quidem inuenias, ia
Christo tam verum quam verum eundem fuisse *πενατον*.

C A P X I I I .

De Desperatione.

I. **S**equitur alterum calumniæ caput; quum imputant Caluino Iesuitæ Christi desperationem de salute. Quia in re vehemens est Ioannes Hayus contra Chambruum c. 14. Et Bellarminus c. 8. lib. 4. de Christo. Refutauit autem Thomas Mortonus Apologiae Catholicæ lib. 1. partit. cap. ss.

II. Occasionem sumunt ex commentariis Caluini ip v.46.c.17. Evangelii secundum Matthæum: quorum hæc verba sunt, dum exponitur: clamor, Deus meus, Deus meus, cur deseruisti me? Caluinus ergo, Quanquam apparet plusquam humanus vigor in Christi clamore, certum tamen est vivimentia doloris illi fuisse expressum. Et certe hic præcipuus fuit confitimus, & omnibus aliis tormentis durior, quod suis angustiis adeo lenatus non est Patria auxilio, vel fauore, ut à se quodammodo alienum sentiret. Neque enim corpus solam in premium nostra cum Deo reconciliationis obtulit, sed in anima etiam percutit debitas nobis penas: atque ita vere factus est vir dolorum, sicut leatis lapidatur. Et vero nimis insufisunt, qui hac redemptio parte posthabita, tantum in externo carnis supplicio insufiunt. Nam ut pro nobis satu faceret Christus, res ad Dei tribunal sibi oportuit. Nihil autem magis horribile, quam Deum irritare iudicem, cuius ira mortes omnes superat. Ergo, quum species tonitrua Christo obiecta est, quasi Deo aduerto iam esset exitio denotus, horrore corporeo est, quo centies cuncti mortales fuissent absorpti, ipse autem mirifica Spiritu virtute rictor emersit. Nec vero fitte vel hec trice conqueritur, se à Patria reliquum: & quod nonnulli ex vulgi opinione sic loquuntur obviandum, insipidum est.

anum. Nam interior animi mœstitia, vi & ardore suo eum coegerit in clamorem erumpere: nec tantum iocularis fuit redemptio, qua defunctus est ut nuper dixi: sed ut se vadem pro nobis obtulerat, vere Dei iudicium subire loco nostro voluit. Sed absurdum videtur Christo elapsam esse desperationis vocem. Solutio facilis est: quanquam sensus carnis exitium apprehenderet, fixam tamen sletisse fidem in eius corde, qua Deum presentem iniustus est, de cuius absentia conqueritur. Diximus alibi, quomodo locum Deitas cesserit carnis infirmitati, quatenus salutem nostra interficit, ut omnes redemptionis partes Christus impieres. Discremen etiam notauius inter natura sensum, & fidei notitiam. Quare nihil obstat, quominus Dei alienationem mente conceperit Christus, prout sensus communis dictabat: & simul fidei retinuerit Deum sibi esse propitium. Quod sati claret ex dubiis querimonia membris. Nam, antequam tentationem exprimat, prefatur se ad Deum confugere, tanquam Deum suum: atque ita cypreo fidei fortiter repellit illam, qua se ex opposto ingerebat, derelictionis speciem. Deinde in hoc diro cruciatu illa fuit eius fides; ut se relictum esse deplorans, propinquatum Dei auxilio consideres. Porro vocem hanc in primis notatus fuisse dignum hinc appareat, quod Spiritus S. quo melius eam insculperet hominum memoria, Syriaca lingua referri voluit. Nam hoc perinde est, ac si Christum eadem, quae tunc ore suo protulit, verba recitante induceret. Quotupor est eorum discordia, qui tantam Christi mœstiam, & tam dirum paucorem, quae per iocum leuiter prætereunt. Quisquis autem reputat hac lege suscepit fuisse a Christo Mediatis personam; ut reatum nostrum tam in anima, quam in corpore subiret, non mirabitur illi certamen fuisse cum mortis doloribus, quae Deo in labyrinthum malorum proieciit foret.

III. Vrger calumniator illa verba, sed absurdum videtur Christo elapsam esse desperationis vocem. Quibus hunc sensum affingit, Caluinum sibi obiicere, hanc blasphemiam absurdam videri: nimurum quasi haec mens esset; tribui quidem Christo desperationem, in eo tamen nihil esse absurdum. Non secus ac si quis nostrum de numero sacramentorum disputans sibi obiiceret: at videtur absurdum, non nisi duo sacramenta a Christo esse relicta. Et statim subiiceret, in eo nihil esse absurdum: hoc enim exemplo Jesuca vixit: hoc sibi certo pollicitus, sibi cum fungis esse negotium quibus facile quidlibet persuadeatur.

IV. Sed, quam sit feda impostura, quis non vide? Quo magis mirum, hac aut vniqa, aut certe p̄ alii maxima, non tantum resonare quotidiana pulpita audaciū tabularum; qui vix credant se functos officio concionandi, nisi tertio quoque verbo, de Caluino mentianur apud attionem plebeculam: sed etiam tanquam crambē bis cocta repleri libros scriprientium, qui, centies refutati, non desinunt tamen esse importuni. Certe Caluinī verba nihil significant huiusmodi: exaggerauit quantū potuit & debuit, vehementiam illam doloris, tum in corpore tum maxime in anima, quam si a Christo separamus, fieri non potest, ut constet nobis quanto pretio redempti simus. Id v̄ faceret, accessit quā proxime ad eos motus, quos in se homines quotidianē sentiunt, cum pene ad desperationem coguntur. Hic vero homini infinitis calumnias exercitato, venit in mentem, non defutatos, qui haec omnia raperent in malā partem, verbis que atrocissimis calumnias suam aggrauarent. Volut istiusmodi peruerfici ingenii ire obuiam: itaque obiecit libi ipse, quod illis in mentem venturum sciebat. Sed absurdum videtur, inquit, Christo elapsam esse desperationis vocem. Vbi non tantum illud absurdum videtur, sed etiam desperationis vocem μηντηος nominavit, suscepit aduersariorum persona: quasi dicaret, Scio futuros, qui his verbis a me absurdā assere poscent, & desperationem etiam Christo affingi. Itaque statim postea: Solutio facilis est. Quam clausulam, cur tam facile prætereunt? non enim soluimus ea quae nostro ipsorum sensu dicimus; sed potius quae obiiciuntur ab aduentariis.

V. Sed instat Hayus: Etsi non affirmabat, inquit, Christum desperasse, quid obstitit, quominus vno verbo suam sententiam aperiret? Aut, quid facilius quam id negare? At ego contra: Si voluit affirmare Christum desperasse, quid obstitit, quominus vno verbo suam sententiam eam esse retrahere? Aut cur difficultius est affirmare, quam negare? Itaque, si concludat calumniator, ideo credidisse Caluinum, quod illi imponitur, quia non diserte negauit: certe a quo saltē iure concludam, non credidisse, quia non diserte affirmauit.

VI. Sed agam apertius. Imo Caluinus, inquam, mentem suam diserte aperuit: prius aliis locis, tum isto etiam. Institut. l. 2. c. 16. §. 12. Hic nebulonesquidam, licet indocti, malitia tamen magis quam insectia impulsus, clamant me atrocem facere Christo iniuriam, quia minime consentaneum fuerit eum de anima salute timere. Deinde, calumniam durius exigit, me desperationem adscribere Filio Dei, que fidei contraria sit. Attende. Primo oblationem nude proponit: ibique solum de salute timorem nominat. Deinde, oblationis aggrauationem subiungit, ac tum desperationi non men. Unde igitur hoc: a Caluinō imo ab iis qui Caluinī doctrinam, quam maxime poterant, calumnias grauabant, eos vno nomine & imperitos & nebulones appellant: & merito. Utinam ne Iesuitarum ii colores esent: sed non est saltē Caluinī in hoc negotio vocabulum desperationis.

VII. Rem videamus. Caluinus igitur obrectatoribus suis respondens primo, diserte assentit, quicquid id sit tandem, quod Christo accidit, tamen omnino vacasse peccato. Observant, inquit, quod vitiosum per se est, indigne Christo tribui. Quasi vero supra Spiritum Dei sapient, qui haec duo simul conciliat, Christum fuisse tenetum per omnia, sicut nos, & tamen absque peccato. Sentis est, eos, qui sic argumentantur, male assumere hunc timorem esse per se vitiosum: nam testatur Spiritus Dei, Christum fuisse tenetum, sicut nos, tamen absque peccato: hoc est, eos tentationum motus, qui in nobis sunt, & sunt vitiosi, in Christo fuisse, sed fuisse puros à vitio. Itaque, hunc etiam timorem etsi in Christo videamus, tamen non inferendum, aliquid igitur in eo fuisse vitio. At inquam, desperationem Caluinus nunquam creditit non esse vitiosam, imo non esse vitium: non potuit ergo eandem Christo tribuere.

VIII. Secundo, perspicue docet, fidem Christo semper integrum, sartam teatam fuisse. Solutio, inquit, facilis est: quanquam sensus carnis exitium apprehenderet, fixam tamen sletisse fidem in eius corde, qua Deum presentem iniustus est, de cuius absentia conqueritur. Et post, Nihil obstat, quo minus Dei

Tom. II.

alienationem mente conceperit Christus, prout sensus dictabat, & simul fidei retinuerit Deum sibi esse propitium. Et in Institutione. Sciendum talem fuisse tentationem ex doloris & metus sensu; que cum fidei non pugnaret, & hoc modo implerum est, quod habetur in concione Petri, non potuisse eum teneri ac doloribus moriri: quia se quās derelictum à Deo sentiens, ne tantillum quidem desexit à bonitate eius fiducia. Quod doct̄ celebris illa invocatio; in qua, prædoloris vehementia, clamauit, Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? Nam et si supra modum angitur, non tamen de finit vocare Deum suum, à quo se derelictum exclamat. Quæ quidem verbalculentiora sunt, quam ut vlo articulo detinueri possint. Nam fidem & desperationem in vno eodemque homine quis Christianus possit simul concipere? Non certe Basilius Seleuciensis, qui dixit homilia 15. πάντων διαγνώσκειν τὸν θεόν, οὐδὲ τίς την οὐρανὸν Οmnem ab anima desperationem exterminari, quando adgit fides.

X. Et cauillatur tamen Hayus, fidem intelligi, vel donum Dei, quo prædictus homo, conscientia omnibus articulis fidei, vel certam persuasione, quam singuli habent de Dei in se benevolētia. Priori notione negat fidem contrariam esse desperationi: posse enim exemplum in desperationem cadere, ut tamen fidem non amittat. Quod si altero modo fidem intelligas, negat in eo posse eam fidem esse, qui hortenda inferni supplicia patiatur. Caluinum autem hoc de Christo docere ostendit Institut. lib. 2. c. 16. leg. n. 11. Certe nulla finge potest magis formidabilis abyssus (inquit) quam sentire se à Deo derelictum, & alienatum: & quā invocaveris non exaudiri, perinde ac si in tuam perniciem ipse consenseret: eo Christum videmus fuisse deiectum, ut coactus fuerit urgente angustia exclamare, Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? Hęc Caluinus: addens, timuisse non absorberetur tanquam peccator. Inde concludit Hayus, non potuisse in Christo esse fidem cum e timore.

X. Respondeo, à Caluino fidem intelligi posteriori modo. Nam alteram illam tam dilutam, quæ etiam diabolus competat, Caluinus sciebat esse fidei initium potius, quam fidem, itaque posse cum desperatione conuenire nullus dubitabat: eamque libens Papistis reliquist̄, nisi sciret, non tantum non consentire religione Christianæ, sed potius eam op̄ pugnare. Porro, quod obiiciruit, de inferni suppliciis, in solo Christo, falsum est: nam in eo vtrumque fuisse constat: & horrenda illa, quæ pro nobis tulit supplicia, & fidem integrum. In rellquis omnibus omnino verum, non posse ambo simul consistere. Ratio, quia alij omnes haec supplicia tolerant, ob sua ipsorum peccata: Christus vero ob aliena. Itaq; quemadmodum potuit Christus has penas tolerans nullum habere peccatum, sic etiam potuit desperatione carere, quia desperatione peccatum est. Potuit ergo Caluinus, & merito, εἰπεται τοὺς cruciatus illos describere, quos nosti a causa subiit Servator, & Paulus non contatur maledictionem applicare, ita tamen ut de Christi fide nihil minueret.

XI. Addunt argumenta. Vnum, distin̄tius à Bellarmino explicatum, in hunc modum: Christus vere pertulit statum damnatorum. At pœna damnatorum includit essentialiter desperationem, sicut felicitas includit esseitudinem salutis. Ergo, Christus vel simpliciter desperauit, vel vero non pertulit penas damnatorum, secundum Caluinum.

XII. Respondeo, damnatorum penas possunt varie distinguiri: sed maxime, ut alij sint tantum pœnae: alij vero & pœnae, & peccata: quomodo Deus nouit peccata priora posterioribus vlcisci. Desperationem autem non tantum esse pœnam, sed etiam pœccatum. His ita positis, negatur maior Syllogismi. Ratio, quia ne eos quidem, qui damnantur, oportet subire omnes penas inferni: alioquin, æquabilitate omnes torquerentur, contra Christi sententiam, qui Tyrios & Sidonios asserti mitius damnados, quam ciues Corasini, & Bethlaidā. Et Lombardus agnoscit, sicut boni differenter glorificabuntur, alij magis, alij minus: sic malos differenter in inferno puniendos, alios alii tolerabilius, libr. 4. distinct. 49.

XIII. Sed inquit, desperatione est essentialiter in pœnis damnatorum. Recte. At Christus, inquam, non dicitur fuisse damnatus: sed tantum pertulisse penas damnatorum, aut potius damnandorum, id est, eorum quæ suorum scelerum penas apud inferos daturi erant. Itaque nihil necesse fuit Christum desperare, ne certaine non perfecte nos liberauit; non enim eo minus passus est penas nostris peccatis debitas: hoc enim sic intelligendum, ut separantur ha pœnae, ab iis pœnis quæ peccata sunt. Nam omnino certum est: nulla prorsus peccata, Christum assumptum: nec aliter inquam sensit Caluinus.

XIV. Pergit Bellarminus, argumentando: Quando Christus emisit vēba desperationis, vel emitis deliberata voluntate, vel non. Si primum, ergo vere desperauit, & peccauit. Si secundum, ergo in Christo fuit inordinatio passionum: quando quidem potuit metus præuenire rationem, & extorquere vocem desperationis inuita voluntate. At hoc est contra Caluinum, qui nullam fuisse in Christo passionum inordinationem assertit. Præterea si non deliberate: ergo in eadem sententia prima pars esset deliberate, nempe, Deus meus, altera in delibera, quare dereliquisti me? Quod ne cogitari quidem potest. Ergo deliberate Christus desperauit, si deliberauit.

XV. Respondeo, calumniam calumnia cumulare, non esse Theologie argumentari: sed diabolice in sanctos vitos insurgere. Desperationem non Caluinus nominabat: sed crepabant nebulones, imperitia patriter & malitia peccantes. Dei imperitia viderit Bellarminus: malitia sane frustra dissimulet. Ergo, Caluinū iudice, neq; deliberate, neq; indeliberate, Christus desperauit. Anathema, si quis inquam quid simile cogitauit. Itaque, nulla potest concludi passionum inordinatio. Nam quod de altera parte deliberata, altera in delibera, obicit, videat quid agat. Nam in altero loco, cum precabatur Christus, Transeat à me calix iste: verum non ut ego volo: necesse habuit distinguere voluntatem, in naturalem & de liberata: ut priorem illius orationis partem, ad naturam referret, alteram ad deliberationem. Quid ergo sensit ne naturalem voluntatem esse deliberatam, an non sensit? si prius, quis non videt distinctionis ineptiæ? si posterius, quod omnino est necesse, ergo eiusdem orationis pars prior in delibera est, altera delibera. Explicet nūc nobis, quomodo id ipsum quod nunc negat quenquam capere posse, tum temporis ipse afferere potuerit; & videre, ne dum pietatem infestatur, ipse se ridendum propinet.

XVI. Sed rursus insurget Hayus: Sic Christus desperauit sensu carnis, quomodo mortem timuit. At Christus vere mortem timuit: ergo secundum Caluinum, vere Christus desperauit. Imo, quid his facias non hominibus, sed hominum monstros? Caluinus Christum sensu carnis desperasse dixit? Calumnia centies repetita, sed ex mera impudentia. Tantum dixit sensum carnis exitium apprehendisse. Cui autem persuadebit

Iesuita, eum desperare qui exitium apprehendat? Nam & fideles subinde horrores inferni apprehendunt, nec tamen amittunt fidem. Psaltes, Psalmo 18. Circundederunt me dolores mortis, & torrentes impietatis terribiles, dolores inferni circundederant me, praeuenerat me laquei mortis. In angustia mea inuocauit Iehuam. Et Christo quisquam id neget fidem? Certe Caluinus erat inter fideles.

FINIS LIBRI QVARTI.

LIBER QVINTVS, DE DESCENSU AD INFEROS.

Caput I.

CATHOLICOS NIHIL DETRAHERE ARTICULO.

DOXIMVM est, ut agamus de Christi Passione: ubi acerrima contiouersia est de articulo Symboli, Descendit ad inferos, in quo primum calumniæ sunt, deinde disputatio de interpretatione.

II. Calumnia gemina est. Prior Feuardentii Theomachia lib. 6. c. 1. vbi de Caluinistis, hunc, inquit, fidei Christiana articulum multis artificiis conantur, vel omnino tollere de medio: vel saltem suspectum, ac dubium, velut de nouo inuenient, & Symbolo assutum, reddere. Calumnia argumenta. Primum: Beza in magna fidei sua confessione, huius articuli nullam facit mentionem. Secundum: Caluinus Institutio lib. 2. c. 16. §. 8. Particulam illam, inquit, que legitur in Symbolo, apparet non adeo fuisse olim in aliis Ecclesiis visitatum. Conicere licet post aliquantum temporis insertam: non protinus, sed sensim Ecclesiis inuenisse.

III. Ita nullæ sunt, quantumvis alienissimæ, coniecturæ, (nam & i. pse postea coniecturas appellat) quæ phanaticis his Sycophantis, non sint certissima argumenta. Beza, inquit, non meminit huius articuli. Certe Beza in Catechismo compendiario Symbolum inscrutum integrum; neque hoc articulo truncatum. Quis coegerit? Aut cur non era sit, si improbavit? Imo ostendant, si possint, vlo vñquam loco, vel tenuissimum vestigium, quo constet à Beza vel tantillum suggillatum, & vicerint. At non recessit in maiori confessione. Quid ergo dicimus de Veteribus, qui hoc ipsum Symbolum ex professo tradentes & explicantes Catechumenis prouerserunt, ut postea docebo? Quanquam eo loco facile vident omnes, Beza non propositum, recensere singulos articulos. Sed in Feuardentio nihil erat humanitas.

IV. De Calvino facilius negotium. Nam Bellarminus de Christo libr. 4. cap. 6. non tantum obseruat hunc ipsum articulum legi in Catechismo Caluinii: sed præterea diserte. Imo Caluinus lib. 2. Instit. cap. 16. §. 8. (& hunc eundem locum Feuardentius notabat) dicit hunc articulum in præcipuis habendum esse. Tanta scilicet fides est Franciscani.

V. Et sane, mira est hominis impudentia; locum misere truncantis, quis solus calumniam præfocasset. Integrum lege. Nec vero descensum ad inferos omittere conuenit, in quo ad redēptionis effectum non parum est momenti. Quanquam enim ex veterum scriptis, particulam, quæ legitur in symbolo, apparet non adeo fuisse olim in Ecclesiis visitatum; in tractanda tamen doctrina summa locum ei dari necesse est: utpote, quare maxime utile ac minime spernendum mysterium continet, sunt quidem & ex Veteribus nonnulli, qui eam non prætermittant, unde conicere licet post aliquantum temporis insertam non protinus, sed sensim Ecclesiis inuenisse. Id certe extra contiouersiam est, ex communipiorum hominum sensu, fuisse desumptam: quando nemo est Patrum, qui non in suis scriptis descendit ad inferos commemoret. En, quomodo Caluinus conetur vel omnino tollere, vel suspectum reddere hunc articulum: quem & necessario retinendum dicit: & magnum mysterium continere: & ex communipiorum sensu desumptum: & à nemine Patrum non commemoratum. Scilicet ita norunt Monachi ex luce tenebras creare.

VI. Sed dixit tamen non fuisse olim Ecclesiis visitatum. Dixit sane: sed intellige, tanquam particulam Symboli: hoc est, fuisse quidem persuasum Ecclesiis descendisse Christum ad inferos: atque adeo neminem Patrum id non commemorare: sed non fuisse tamen in hoc huius Symboli contexta: quomodo & alia nonnulla. Et id vere dixit: nec solus dixit: nam Bellarminus ipse ipso illo c. iam notato, Est autem obseruandum hanc particulam olim non fuisse in Symbolo apud omnes Ecclesiias. Similiter Eustachius & S. Paulo partis 2. tract. 2. disp. 6. q. 2. Que symboli particula, licet olim non egeretur in Symbolo apud omnes Ecclesiias, apud aliquas tamen fuit semper usurpata. Quid? hærefoles Bellarminum & Eustachium Feuardentius accusent? Nam certe istis cum Calvino commune crimen erit, si crimen erit.

VII. Nec Bellarminus tantum. Sed & longe, longeque antiquior Ruffinus, Sciendum sane est quod in Ecclesia Romana Symbolo non habetur additum, descendit ad inferos: sed neque in Orientis Ecclesiis, habetur hic sermo. Et quanquam non admouisset Ruffinus, tamen res ipsa loquitur. Nam neque Irenæus lib. 1. c. 2. neque Tertullianus contra Prætextam, & de ve-

landis Virginibus: neque Origenes initio ad. 2. cap. 1. dum regulam fidei recitant, vlo loco habent: neque Symbolum exponens Augustinus libro de Fide & Symbolo; & de Symbolo ad Catechumenos; & Sermonibus quinque ad Catechumenos: neque Chrysologus variis item sermonibus ad eodem: neque is, quisquis est, sive Eusebius Emilianus, ut Gagnatus putat, sive Cæsarius Arelatensis, ut Bellarmiño visum, sive Eucherius Lugdunensis, ut Baronius mauult.

VIII. Ettamen, vide Franciscani audaciam: fallitur (inquit) apertissime Ruffinus: & iactat plus quam viginti antiquorum Patrum testimonia: & se enumerata notis in Irenæi c. 31. lib. 5. Athi loci cuiusmodi? Thaddæus apud Eusebium historiæ lib. 1. c. vlt. Dionysius Areopagita, de coelesti Hierarchia, c. 4. Ignatius ad Tarragonenses: Abdias lib. 9. Nicodemus in Euangelio: Clemens Alexandrinus 2. & sexto Stromat. Origenes 5. ad Romanos: Basilius in Ps. 48. Nazianzenus de Pascha: Epiphanius har. 77. & 69. & in Anchoreto. Tertullianus libro de Anima, & 4. contra Marcionem: Arnobius in Psal. 15. 87. & 137. Cyprianus 2. aduersus Iudeos c. 24. & 25. Et Sermonibus de Cœna Domini, deque Passione Christi: Lactantius de Resurrectione.

IX. Hic vero mitto de Ruffino dicere, quem tum sua auctoritas, tum res ipsa facile tuerit. Sed qui nominantur auctores partim sublesta sunt fidei: ut Abdias, Nicodemus, & Lactantii carmen de Resurrectione: partim falso citatur, ut Areopagita, Arnobius, forte & alii. Reliqui agunt tantum de Descensu Christi ad inferos: ut de Symbolo non agunt, aut de eius articulo. Itaq; nihil probant, n: si quod Caluinus dixit, neminem esse Patrum, qui huius descensus mentionem non faciat.

C A P. II.

Catholicos non docuisse animas
extingui.

I. **A**ltera calumnia Bellarmino, est capite septimo; Brentium, Caluinum numque accusantis, quasi docuerit animas hominum omnes extingui. Grauissima accusatio: si vera. Nam crimen tantum, ut vere dixit Bellarmino fateamur, hanc sententiam esse fundamentum Atheismi. Neque enim fieri potest, ut ullam salutem æternam expectet; qui animam non credit æternam. Et in Deum quomodo cederet, qui ab eo salutem æternam non expectet? Quo vel vñco poterat arguendo deterreri Jesuita ab hac accusatione, qui sciuat Caluinum constanter docuisse certitudinem expectandas salutis, si quis vñquam hominum: adeo ut vel Bellarmino iusta causa fuerit traducendæ hærefoles. Vide te vos, cordati Jesuitæ, vñcordiam, concedentis non posse expectare salutem æternam, qui non crediderit animam æternam: accusantis rursus Caluinum, quasi docentem animas interire. Satin' commode diuisa sunt argumenta duo hæc?

II. Certe calumnia est putidissima. Nā contra, ex professo Caluinus disputat de animæ immortalitate Institut. lib. 1. c. 1. Sed & *Utopianus* lib. 1. integrum scripsit aduersus eos, tum qui animas fidelium dormire dicebant somnum perpetuum ad resurrectionem vñq; sine vlo beatitatis sensu: tum qui ea dem asserebant esse tantum vim vitæ, quæ ex spiritu arteriæ pulmonumq; agitatione ducitur. Quid plura? Feuardentius, qui neçipie dentes abstinere potuit à sancto vito rodendo, Theomachia lib. 8. c. 7. tamen nec ipsum asservisse quicquam inuenit de mortalitate animalium; sed tantum Libertini fenesstram aperuisse: & contra tamen dilecti scripsisse: hoc delirio nihil absurdius singi potest; homines ad imaginem Deitatis, instar pecudum morte extingui. Item: Admonit Christus non ideo creata esse hominis animam, ut mundo tantum ad paucos dies fruatur: sed ut sua deam illi constet in caelo immortalitas. Item: Colligimus animas ubi à corpore migrarunt, superstites visuere: alioqui luxuria esset (ad latronem factam) promissio Christi, quam etiam iure iurando confirmat. Deniq; delitos & phreneticos esse qui putant, animos nostros, aut una cum corporibus interiri, aut ita copiari, ut perinde sit, atque si interirent.

III. Sed audiamus tamen Bellarminianæ criminationis argumenta. Brentium in Catechismo dicere, descendere ad inferos esse penitus in-